UAB Biblioteca de Ciències Socials

CHRISTIANI GOTTLIEB RICCII
PROFESSORIS JURIS ORDINARII
GOETTINGENSIS

EXERCITATIO

JURIS CAMBIALIS

QUINDECIMA

DE

PRÆSCRIPTIONE LITTERARUM CAMBIALIUM

AD LEGES CAMBIALES PUBLICATAS DIRECTA.

— Volvenda aetas commutat tempora rerum
Quod fuit in pretio, fit nullo denique honore.

GOETTINGÆ,
APUD VICTORINUM BOSSIEGELIUM
MDCCLXXXI.

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

CHRISTIANI GOTTLIEB HEYNE

PROFESSORIS IURIS ORDINARII

GOTTINGENSIS

EXERCITATIO

IURIS CAMBIALIS

QUINDECIMA

DE

PRAESCRIPTIONE

LITTERARUM CAMBIALIUM

AD LEGES CAMBIALES PUBLICATAS

ADDITA

Volventia anos commutat tempora rerum
Quod fuit in pretio, fit nullo denique honore.

GOETTINGAE,

APUD VICTORINUM BOSSIEGELIUM

MDCCLXXX.

SYNOPSIS

PRÆSCRIPTIONIS LITTERARUM CAMBIALIUM.

§. 1. Præſcriptionis *brevioris* cambiorum intentio eſt, ut creditores pecuniam citius exigant, eamque debitores exactius ſolvant, atque adeo fides *publica in commerciis* floreat.

2. Definitio *præſcriptionis cambialis.*

3. Præſcribuntur vel cambia *propria* vel *traſſata.*

4. *Tempus* præſcriptionis determinant *leges* cujusvis loci ipſæ, ubi cambium contrahitur.

5. Præſcriptio *cambialis* non tollit *obligationem debiti*, ſed modum ſaltem *cambialiter agendi* & cambium mutat in *chirographum.*

6. Clauſula nach Wechſel-Recht chirographis inſerta in provinciis *Regis Boruſſiæ* & terris *Altenburgicis* non tribuit iſtis *vim cambialem*, ergo præſcriptio cambialis circa iſta etiam exulat.

7. Num obligationes *clauſula cambiali* munitæ *jure Saxonico* annali ac diei præſcriptioni, ut cambia ſunt obnoxiæ? jure autem Würtembergico *pari jure cum cambiis* gaudere videntur.

8. *Moratoria* curſum præſcriptionis ſufflaminant.

9. Quando *de admiſſibilitate moratorii adhuc diſputatur*, tunc creditor actionem ex cambio prudenter inſtituit.

10. Ubi leges ipſæ *moratoria reſcripta non admittunt*, ibi hæc præſcriptionem quoque non ſufflaminant.

11. Bona fides ad hanc præſcriptionem regulariter non requiritur.

12. *Quomodo* in concurſu *jus* creditori cambiali *ſalvum* maneat.

13. Actio intra tempus *legitimum* inſtituta, &

14. *Citatio* a legitima perſona *impetrata* interrumpit præſcriptionem.

15. Quo pacto actio cambialis inſtituta fiat *perpetua.*

16. Interrumpitur præſcriptio, ſi *ultimo* præſcriptionis currentis *die* creditor *actionem* inſtituat.

17. *Citatio* debitori quoque eſt *inſinuanda*, ut præſcriptionem interrumpat.

18. Sola in judicio facta *productio cambii* contra debitorem non interrumpit præſcriptionem.

19. Si actio immaſſen *ſie angebraeht nicht ſtatt habe*, rejiciatur, præſcriptio *non interrupta* videtur.

§. 20. Interruptio facta etiam *per jurisjur. delationem* probari potest.
21. Parte debiti soluta, *reliqua tamen pars* præscriptioni obnoxia manet.
22. Num *sola protestatio* interrumpat præscriptionem, disquiritur.
23. Sola protestatio *Francofurti* non interrumpit præscriptionem cambii, nec indossatarius cambium absque consensu indossantis prolongare potest.
24. In provinciis Regis Borussiæ cambia propria post tempus solutionis, vel ejus prolongationis factæ intra annum præscribuntur, nisi protestatio tempestive interveniat.
* In terris Reg. Borussiæ & ducatu Brunsuicensi *protestatio* interrumpit præscriptionem.
** De præscriptione antiqua ap. Brandenburg. &c.
*** *Lugduni privata* etiam interpellatio interrumpit præscriptionem.
**** Num *privata* admonitio ap. Brandenb. præscriptionem interrumpat?
25. Lipsiæ & Sleusingæ cambia propria, si debitor mercator intra annum & diem Saxonicum a die solutionis aut prolongationis, & trassata inter quatuor hebdomades præscribuntur.
26. Hodie cambia a mercatoribus, qui *Lipsiæ degunt*, vel *mercaturæ ibi operam navant, ibique deprehenduntur*, data, modo *mercaturam* & *mutuum* concernant, sine discrimine creditor sit mercator vel minus, annali præscriptioni subsunt.
27. Creditoris defuncti heredibus, itemque piis causis per biennium demum præscribitur. Atque heredibus defuncti intuitu trassatorum & indossatorum cambiorum etiam *octo hebdomades* conceduntur.
28. Cambia a *non - mercatoribus* extra Lipsiam in Saxonia contracta, etiamsi *de re mercantili vel mutuo agant*, *quadriennio* præscribuntur, & postea in chirographa transeunt. Cambia cambialiter præscripta præter arrestum personale *omnes* reliquos *juris effectus* retinent, ergo usuras quoque promissas.
29. Ex cambio præscriptione oblitterato amplius tanquam ex cambio agi nequit, bene tamen tanquam ex chirographo.
30. Plures cambialibus litteris subscribentes etiam quilibet in solidum tenetur *jure Saxonico* & *Sleusingensi*, etsi in solidum se quilibet non subscripserit.
31. Præscriptio an pro re dividua vel individua habenda?
32. Cambio præscriptione *annali* obliterato, an tunc *intra biennium* exceptioni non numeratæ pecuniæ locus sit?
33. Mercator charactere *aulico* exornatus, manet tamen juri mercatorio subjectus.

§. 34.

§. 34. Cambia mercatoris, quæ *tempore mercaturæ adhuc* exercitæ data sunt, eum adhuc obligant, licet nunc *superiori judicio* subjectus vivat.

35. Non necesse est, utrumque creditorem & debitorem esse mercatores. si cambio præscriptio annalis in judicio mercatorio opponatur, modo *reus* sit *mercator*.

36. In tractu *Sleusingensi* non-mercatorum cambia *quadriennio* præscribuntur.

37. Num in *Saxonia* Elect. & *Sleusingensi* tractu creditoris defuncti *heredibus intuitu quadriennii* adhuc *annus* indulgeatur? nondum decisum. Præscriptio vero *annalis* & *quadriennii* in *Lusatia superiori* non est recepta.

38. Ubi in *Saxonia Electorali* debitor se litteris cambialibus nicht nach dem Leipziger Wechsel-Recht obligaverit, ibi cambia non nisi *præscriptione XXXI. ann. & diei Saxonici* extinguuntur.

39. Quo tempore cambia jure *cambiali* destituuntur in *Dania* & *Polonia*?

40. In *Gallia* cambia propria *quinquennii* præscriptione extinguntur.

41. Quid *Lugduni* in Gallia ratione præscriptionis cambiorum juris?

42. *Viennæ* cambia propria vim cambialem *intra annum & diem* perdunt, ita & in *Bohemia* & *Austria*. In hac demum præscriptione XXXII. annorum plane evanescunt.

43. In *Silesia* & *Vratislaviæ* cambia propria speciali præscriptioni haud obnoxia sunt, sed *personalium actionum præscriptioni* relicta videntur.

44. Secundum jus camb. *Brunsvicense* propria *intra annum*, trassata vero cambia *intra mensem* præscriptione jus cambii amittunt; heredibus defuncti creditoris *duplex* spatium indulgetur. Istis tamen deinde XXX annos adhuc ad agendum relinqui putant.

45. In *Altenburgico* principatu cambia propria *intra tres* annos; trassata *intra quatuor hebdomades* præscribuntur, *heredibus* defuncti creditoris ac *piis causis* adhuc *unus annus & dies* ad triennium adjicitur.

46. In Principatu *Vinariensi* cambia *propria intra annum & diem Saxonicum*; trassata vero *intra quatuor hebdomades* præscriptione jus cambiale perdunt:

47. In principatu *Saxo-Gothano* idem obtinet, &, si post præscriptionem cambialem *intra septennium* executive non exigatur cambium, tunc instrumentum non est amplius exigibile.

48. In *Palatinatu* Electorali ac in Ducatu *Juliacensi* & *Bergensi* cambiis *propriis* post terminum solutionis a die protestationis interpositæ præscriptio *anni ac diei* currere incipit, qua intercedente, cambia assumunt indolem chirographorum.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

§. 49. Jure Camb. *Würtembergicæ* litteræ cambiales *propriæ intra annum* jus cambii præscriptione exuunt; *trassatæ* vero intra *quatuor hebdomades* post terminum solutionis præscribuntur, nisi præsentans jus suum *protestando* conservet.

50. In Marggraviatu *Onolsbacensi* cambia *intra annum* a tempore solutionis præstandæ vel prorogationis finitæ computandum præscribuntur, deinde vero valent, ut chirographa per XXX. *annos.*

51. In comitatu *Rudolstadiensi* litteræ cambiales *intra quadriennium* vim cambialem deponunt, & naturam chirographi induunt.

52. In Dynastia *Severana* cambia acceptata & non protestata post terminum solutionis *intra sex hebdomades* præscriptione plane evanescunt, nisi præsentans jus protestatione conservet.

53. *Hamburgi* litteræ cambiales a non mercatoribus datae & ab aliis *acceptatæ* a die solutionis intra IV. *hebdomades* præscribuntur, & deinde *per annum* non secus quam chirographa valent.

54. *Francofurti ad Mœnum* cambia *trassata* & non protestatione munita *intra IV. hebdomades; propria* vero *intra annum & diem* præscriptione jus cambii amittunt; deinde *post quinque annos* jus agendi quoque eorum cessat, nisi processum ordinarium locum invenire statuas. Quænam præscriptio *ratione Judæorum* ibi obtineat, etiam innuitur.

55. *Norimbergæ* cambia *propria intra annum* jure cambiali præscriptionis interventu carent, deinde ut chirographa valent; de *trassatorum* autem præscriptione leges ibi silent.

56. *Bremæ* cambia trassata *intra sex hebdomades* a die solutionis præstandæ computandas; propria vero *per annum* retinent rigorem cambialem, quo præterlapso, in chirographa transformantur.

57. *Dantiſci* cambia *trassata* post decursum *quatuor hebdomadum* a tempore solutionis connumerandarum; *propria* vero *intra annum & diem* præscriptione vigorem cambialem amittunt, nisi actio in judicio moveatur; *heredibus* creditoris intra annum & diem mortui *vnus annus ac dies* adhuc ad experiendum ex cambio conceditur.

58. Eadem præscriptio *Elbingæ* quoque introducta est.

59. *Augustanæ* Ord. Cambiali præscriptionis exceptio non est inserta.

60. Si *præscriptio cambiorum* in lege provinciæ aut statutaria silentio præterita, *jus commune* obtinet.

61. Præscriptio nondum impleta etiam interrumpitur *prolongatione* s. *prorogatione* cambii.

* Præscriptionis prolongatio quid?

62. *Sola citatione*, absque actionis *institutione*, emissa non interrumpit præscriptionem.

63. Polongatio tutior est *scripturâ*, quam ore prolata.

§. 64.

§. 64. *Prolongatio* non ſolius creditoris, ſed & debitoris annotatione fiat.

65. *Prolongatio* cambii, præſcriptione *adhuc currente*, ſuſcipi debet.

66. *Prolongatio* non mutat cambium in mutuum, cambio autem præſcriptione obliterato, exiſtere videtur mutuum.

67. Prorogatio termini ſolutionis *regio Reſcripto* eſt lex.

68. Quid juris, ſi dies ſolutionis *incertus* vel alicujus *facto* relictum.

69. *Prolongatio* cambii inter omnes *cambiantes* ſuſcipi poteſt.

70. Præſcriptio currere incipit *a die ſolutionis* vel *prorogationis*.

* Difficile in cambiis *traſſatis* exerceri poteſt prolongatio.

71. Traſſans acceptanti *absque præſentantis conſenſu* non poteſt concedere prolongationem.

72. Prolongationem cambia, praeſcriptionem dumtaxat admittentia, recipiunt.

73. Cambia ab initio *valide conſcripta* & data tantum prolongari poſſunt, per novationem tamen prolongantur invalide inita.

74. Quibus caſibus intuitu *valutæ novatio*.

75. Ex cambio *a defuncto* legitime prolongato etiam *heredes* tenentur.

76. *Milites* contra lapſum praeſcriptionis ex legitima cauſa in integrum reſtituuntur.

77. Tempore *juſtitii* & *deficiente judice* praeſcriptio haud currit.

78. Debitori cambium poſt praeſcriptionem agnoſcenti haec non obeſt, ceſſat enim *perſonalis* arreſtatio, agnitio tamen *hirographi* exiſtit.

79. Cambio praeſcriptione vim *cambialem amiſſo*, exceptionem praeſcriptionis opponere nequit, nec debet *judex*.

80. Num cambiis praeſcriptis, & nunc chirographis tanquam exceptiones *ſolutionis* vel *compenſationis* objici queant?

81. Jus litterarum cambiale præſcriptione ſublatum *clauſulam hypothecæ* non ſimul extinguit.

82. Ex litteris traſſatis & *acceptatis*, ſed deinde *non-ſolutis* cambialibus intra quatuor hebdomades, menſem &c. adverſus acceptantem ad ſolvendum agi debet, eo neglecto, obſtabit præſentanti exceptio præſcriptionis.

83. Aſt exceptio præſcriptionis *quatuor hebdomadum*, *menſis &c.* non objicienda *præſentanti*, acceptatione cambii plane a traſſato denegata. Neque ſi traſſatus l. indoſſatus, qui cambium ſolvit, & contra traſſantem l. indoſſantem ad reſtituendum agit.

84. Litteris *per honorem acceptatis*, ſi præſentans intra IV. hebdomades, menſem &c. pecuniam ab honorante non exigat, huic etiam competit exceptio præſcriptionis, licet honoranti eadem non obſtat regreſſum exercenti.

§. 85.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

§. 85. Quo tempore a datore cambii *proprii* idem præſcribitur, eodem etiam *regreſſus adverſus indoſſantem* præſcriptione tollitur.

86. Quando *indoſſatarius* adverſus indoſſantem regreſſum inſtituere queat, & quando minus?

87. Quamdiu *cautio* propter *indemnitatem* litterarum cambialium *perditarum* præſtita præſcriptioni ſit expoſita?

88. Licet *cambium ipſum* præſcriptione extinctum ſit, *uſuræ* tamen ſex pro cent vel quinque pro cent promiſſæ continuant.

89. An uſuræ in cambiis ultra alterum tantum currant?

90. Rigore cambii præſcriptione obliterato, actio tamen *ordinaria* ex eo adhuc ſuperſtes eſt.

91. Quando *Lipſiæ* in Nundinis *menſtruum* & *annale* præſcriptionis *tempus* currere incipiat?

92. Quo die terminus *ſolutionis* ſit in Nundinis *Brunſuicenſibus*?

93. Quo tempore nundinarum *Francofurtanarum ad Mœnum* præſcriptio cambiorum currere inchoat?

94. *Prorogatis nundinis*, etiam termini cambialium teſſerarum *prorogati* cenſentur.

95. Non nundinis, ſed ſaltem *die ſolutionis*, prorogatis; tunc dies ſolutionis etiam *prorogatus* videtur & ab eo currit præſcriptio.

96. *Debitori* cambiali etiam præſcriptioni cambii *renunciare* permittitur, quæ tamen in *propriis* cambiis ſolummodo locum habebit.

97. Litteræ cambiales pro *diverſitate* temporis *ſolutionis*, etiam diverſæ ſunt *ratione initii* præſcriptionis.

98. De initio præſcriptionis cambii *a Uſo* ſolvendi.

99. De initio præſcriptionis cambii *auf* 4. *oder* 8. *Tage Nachſicht dati.*

100. De litterarum cambii *a dato* vel *nach dato* ſolvendi præſcriptione.

101. De cambiorum præſcriptione *medio menſe* ſolvendorum.

102. Et de eorum *a Viſta* vel *ſtracks Aufſicht* ſolvendorum præſcriptione.

103. Partes præſcriptioni renunciantes de ordinaria non immemoriali ſenſiſſe videntur.

104. Excuſatio.

DE

PRÆSCRIPTIONE LITTERARUM CAMBIALIUM.

§. 1.

Neminem Jurisconsultorum fugit, præscriptionem breviorem adversus cambia non ea intentione esse introductam, vt debitores solutione non secuta, a rigore obligationis carceris vel alio executionis exactioris modo liberentur, sed potius, ut creditores pecuniam suam eo citius & serius exigerent, ac debitores eo curatius ac ardentius se ære alieno eximere niterentur, quo commercia inter mercatores ubique eminentius florerent, & fides sanctius præstaretur. Qui itaque asserunt, præscriptionem cambiorum *ad brevius tempus* ideo fuisse redactam, ut debitores a rigore obligationis cambialis *eo citius immunes* manerent, manifesto errant, nam debitorum favorem legum cambialium latores, eorumque consiliarios in mente habuisse, cum tempus præscriptionis litterarum cambialium determinarent & limitibus *sic arctis* includerent, consimiles sunt somniorum interpretibus. Fides *publica* est causa præcipua, quod in provinciis ac emporiis vel maxime tempus præscriptionum tesserarum cambialium brevissimum esse oporteat; atque adeo hic singulorum locorum leges cambiales in primis consulendæ sunt, quippe quæ hac in re haud raro discrepant, qua propter tempus præscriptionum admodum variat ac in ipsis legibus definitur.

§. 2.

Præscriptio litterarum cambialium est *exceptio*, *qua*, si ab earum possessore pecunia cambialis intra tempus lege præfixum non exigatur, *jus cambialiter agendi extinguitur*. Effectus igitur præscriptionis cambii est liberatio a *rigore cambiali*, qui tamen distinguendus est ab obligatio-

gatione *vulgari*, quippe quæ præſcriptione cambiali non ſimul perimitur, niſi aliqua lex ſpecialis ita ordinet. Juris cambialis POLONICI verſio *teutonica* §. 3. Praeſcriptionem cambiorum ita delineat: Die *Verjährung der Wechſel*, iſt eine durch Geſetze beſtimmte Zeit, in welcher, wann der Gläubiger die Zahlung der auf einen Wechſel ſchuldigen Summe von dem Schuldner nicht einfordert und ihn nicht gerichtlich belanget, der Wechſelbrief ſeine Krafft verlieret, und nicht mehr nach dem Wechſelrecht eingetrieben werden kan, ſondern, alsdann zu einer gemeinen Handſchrifft wird, und die Schuld nur durch den ordentlichen Weg Rechtens beygetrieben werden kann.

§. 3.

Haec praeſcriptio occurrit *vel* in cambiis *propriis*, quando creditor pecuniam cambialem a debitore intra deſtinatum tempus non exigit, quod plerumque *annale*, in Polonia etiam annale, vel, ſi ad exteros data, intra *biennium aut* in cambiis *traſſatis*, quando praeſentans a traſſato pecuniam *traſſam* intra tempus lege loci præſcriptum non exigit. v. c. *Lipſiæ, Dantiſci, Elbingæ*, & in terris *Brandenburgicis* poſt *quatuor hebdomades* inter mercatores; in *Polonia* & *Brunſuigæ* intra menſem; item in terris *Vinarienſibus*, *Jeveranis* & *Bremæ* intra 6. *hebdomades*; in Regno *Moſcowitico* intra 3. *menſes cap.* 1. §. 33. & in *Danico* §. 26. intra 6. *menſes*

§. 4.

Tempus, quo curſus praeſcriptionis determinatur, ſecundum legem loci *habitationis*, ſeu *domicilii fixi* debitoris conſtituitur, VANGEROW. *Entw. des Preuſſ. Wechſel-Rechts.* §. 49. *p.* 39. & SCHALLS *Zuſätze zu denſelben ad* §. 48. *p.* 20. Si debitor domicilium mutet & tempus praeſcriptionis localis praeterlapſum ſit, tunc cambialis rigor extinctus

ctus consetur. Si vero tempore mutationis domicilii praescriptio loci *prioris* nondum consummata, tunc ea currit tamdiu, donec tempus *præsentis domicilii* cursum desiderat. *Vid.* Vangerow *Zusätze und Anmerkungen zum Preuss. Wechsel-Recht. p.* 11. *sq.* Vagabundus autem debitor priori domicilio subjectus manet & secundum ejus legem etiam praescriptio determinatur. Sed Car. Ferd. Hommrlius *Rhaphs. CCCCIX. p. m.* 567. rem ita proponit: Quum *tempus, quo actioni præscribitur, alibi sit brevius, alibi longius non jura loci, ubi contractus, ex quo actio nata, celebratus, sed locus judicii respiciendus sit,* præscriptionem *inter exceptiones* esse, has vero *ad procedendi modum referri,* atque adeo præscriptionem non ad valorem contractus, *sed ad tempus & locum actionis instituendæ* pertinere, quia *in processualibus* semper *ad jura loci, ubi judicatur,* respici solet.

§. 5.

Præscriptio *annalis* vel *menstrua &c.* non est exceptio *realis,* nec ipsam obligationem tollit, sed *modum cambialiter agendi* saltem in judicio impedit. Barth. *Hodeg. Forens. c.* 4. §. 26. *lit. b. ed. prior. p.* 767. licet enim cambium præscriptione illa privilegiata obliteratum sit, in plerisque tamen Ordinationibus Cambialibus retinet *vim chirographi* v. c. in *Saxonia, Bohemia, Austria, in Palatinatu, Ducatu Juliacensi & Bergensi, Würtembergico, Altenburgico, Vinariensi, principatu Rudolstadiensi, Norimbergæ, Francofurti ad Mœnum, Bremæ, Elbingæ* & aliis locis; in illis vero terris ac emporiis, ubi ne quidem vim *chirographi* sustinet, creditor tamen jus suum persequi, illudque vel *ex libris mercatoriis,* vel *juramenti delatione,* vel *testibus* probare potest, pro re nata instituto vel ordinario vel summario processu. Ludovici *Introd. in Proc. camb. Cap. XI.* §. 21. Raumburgeri *Grundveste des Wechsel-Rechts. Cap.* 57. §. 14. *p.* 687. Christ. Frid. Greven *disp. de exceptione præscripti cambii.* §. 13. *p.* 17. Inde apparet, effectum *brevioris* præscriptionis

tionis non esse eundem, aliquando enim dumtaxat *rigor cambialis* cessat, & tunc locus tanquam ex instrumento guarentigiato adhuc datur processui *executivo;* aliquando & hic tollitur, ut cambium *ne vim quidem chirographi* sustineat, tunc *processus ordinarius* tantum supereſt; aliquando & hoc præscriptione obliterato ac sublato, nihil juris reliquum est cambialium litterarum possessori. Singula ex ipsis subinde diversis legibus provincialibus vel emporiorum sunt eruenda ac cognoscenda, num jus agendi, *quoad certum modum*, an *plene* præscriptione cambiali *loci* sublatum fuerit & extinctum.

§. 6.

Quum jus cambiale Regis Borussiæ FRIDERII WILHELMI d. 29. Jan. & 25. Sept. 1724. clausulæ *nach Wechselrecht* obligationibus adjectæ non tribuat vim *cambialem*, sed eam pro obligatione tantummodo haberi ac dijudicari jubeat; quæstio de cambiali præscriptione intuitu earum obligationum etiam plane exulat. *Vid. L'Estocqs Erläuter. des allgemeinen und Preuss. Wechselrechts in adp. §. 39. p. 303. Ord. Camb. Brandenb. d. 25. Sept. 1724. art. 51. p. m. 26.* Jo. GEBH. SCHLITTE *Anmerk. ad Ludovici Wechsel-Proceß. p. 30. voce: zu bezahlen.* Idem *de hac clausula* dicendum est secundum *Ord. Camb. Altenburgicam Cap. I. §. 4. contractibus bilateralibus* inserta, nisi simul exceptioni *non impleti contractus* judicialiter sit renunciatum.

§. 7.

Quodsi in *Saxonia Electorali* debitor non cambium legaliter tale, sed saltem *chirographum* s. obligationem *nach Wechselrecht zu bezahlen conscripsit* creditorique suo dederit, atque hic intra annum & diem Saxonicum *actionem non* instituerit, hoc autem casu præscriptio annalis locum non habet; *Ordinatio* enim *cambialis Lipsiensis §. 32.* de præscriptione litterarum *cambialium* solummodo, non autem de obligationibus & chirographis *clausula cambiali munitis loquitur.* Quamvis

eum

enim debitor, qui se nach Wechselrecht obligavit, *secundum rigorem juris cambialis* debitum exsolvere teneatur; inde tamen non sequitur, talem obligationem *per omnia* pro cambio ipso haberi debere, eamque iisdem gaudere beneficiis, quæ cambiis ipsis in *Ordinatione cambiali* attribuuntur. Videatur J. Flor. Rivini disp. de *clausula cambiali* §. 27. Küstneri disp. de *menstrua & annali præscriptione litterarum cambialium* §. 38. p. m. 61. Schlitte *l. c.* Verum enim vero hodie *in Saxonia* si obligationes *clausula cambiali* instructæ res *mercantiles* vel *mutuum* concernant, etiam *annali præscriptioni* locus datur. *Conf. omnino infra* §. 26.

Num autem *Jure Camb. Würtembergico*, ubi Cap. 1. §. 6. in Dn. Uhlii *Cont. II. Corp. Jur. Camb.* Siegeliani p. 33 *certis personis* etiam indulgeatur cambiis conformes obligationes (Wechselmässige Verschreibungen) aliis dare, eo ipso iisdem permissum sit tale chirographum intra annum prolongare, & ita jus cambiale isti conservare, quod ego putarem, ob rationem, quam tradit Dn. Sixt. J. Kapff in disp. de *prolongatione cambii* §. 2. n. 2. p. 6. sq. quia ejusmodi chirographis paria jura cum cambiis ipsis ibidem attribuuntur.

§. 8.

Quando a Debitore *Indultum Moratorium* ein Anstands- oder eiserner Brief, impetratum est, illud obligationem solvendi & jus agendi adversus istum *suspendit*, cursum *præscriptionis*, quæ nexui cambiali obstat, *simul suspendere* rationis est. *Conf. Cod. Fridericianum* P. IV. Tit. IX. §. 187. & *Preuss. und Brandenb. Wechselordnung d. ao. 1751.* art. 25. in Dn. Uhlii *Cont. I. Corp. Jur. Camb.* Siegeliani p. 7. licet Küstnerus disp. de *menstruo & annali præscriptione litterarum cambialium* §. dissentiat. Nam agere non valenti nulla currit præscriptio. *L. 1. §. fin. C. de annali except.* imo voluntas *Principis* violaretur, actione contra eum, quem *ab illa ad tempus* v. gr. *quinquennii* liberavit, executive instituta. Præterea, quia Principum privilegia semper sub se complectuntur clausulam illam, *salvo jure tertii*, Stryck. de *Interpr. privileg.* & ista *moratoriis* interesse præsumitur.

KLOCK. de *Ærario* Lib. II. c. 5. n. 34. hinc dubium non eſt, quin illis jura creditorum conſerventur, non infringantur. Inprimis quum creditor hoc caſu *pro negligenti* minime haberi poſſit. *Conf.* CHRIST. FRID. GRÆVEN diſp. de *Exceptione præſcripti cambii* §. XI. p. 14. LUDOVICI *Einleit. zum Wechſel-Proceß* cap. XI. §. 15. FREUNDEBERG. de *Valore Reſcript. morator. contr. rem indicatam* Concl. 58. EMAN. CHR. BÜNSOV. diſp. *de Valore Reſcr. morat. contra rem judicatam* §. 26. Proſtat præterea etiam expreſſa ſanctio *L. 8. C. qui bon. ceder.* ubi: *Nullo præjudicio creditorum cuiquam, ex quinquennii dilatione circa temporalem præſcriptionem generando.* Quæ lex, quamvis de dilatione cum creditoribus inita diſponat, propter rationis tamen identitatem *ad alteram ſpeciem moratorii* etiam extendenda erit. *Add. Receſſ. Imp. 1654. §. So viel nun die Capitalia 172.*

§. 9.

Quando autem de *valore* indulti moratorii adhuc diſputatur: *an admiſſibile ſit, vel minus?* tunc prudentiæ eſt, ut actio ad conſervationem valoris litterarum cambialium coram judice inſtituatur, *ne ipſe creditor de valore moratorii* adhuc *diſceptans* ſibi noceat. Id quod etiam obſervandum eſſe cenſeo, ſi moratorium *non ſimpliciter*, ſed *ſub certis conditionibus conceſſum*, de quibus autem creditor & debitor diſceptare ſolent. Quodſi circa moratorium indultum *diſceptatio excitata* & creditor actionem cambialem ad interrumpendam præſcriptionem *inſtituat*, tunc contra citationem & neceſſitatem comparendi ſeſe tueri non poterit reus, multominus judici denegare citationem, vano timore, integrum erit, ſed reus vel debitor *comparere potius* & litteras cambiales *recognoſcere obligatur;* tametſi *executio ipſa* usque poſt decurſum moratorii *differatur.* Creditor enim jam ex neceſſitate *interrumpendi præſcriptionem* citari debitorem cambialem intendit, recognitionem cambialium a debitore jam exigit, qua facta, ex judicio remittitur, dilato ad finem moratorii usque proceſſu. *Vid.* GODOFR. BARTHII *Hodeg. Forenſ.* Cap. 4. §. 25. lit. 4. p. 860. ubi etiam exemplum *moratorii* adducitur. *Add.* LANGE *Iſag. proc.* Cap. 50. n. 9. Quin imo *non* comparentem debitorem pro compeſcenda contumacia per adparitores in indicium duci poſſe & deberi, arbitratur BARTHIUS

thius *l. c.* Küstneri disp. de *menstrua & annali præscriptione litter. camb.* §. 51. Sed Ludovici in *Proc. Camb.* Cap. XI. p.m. 171. cum Freundebergio de *Rescript. morat.* Concl. 58. p. 355. n. 1. contendit: *durante indultu moratorio præscriptionem non currere, sed potius dormire.*

§. 10.

Ubi contra moratoriis Rescriptis per leges ipsas cambiales omnis vis adimitur, ibi eadem nec processum nec præscriptionis cursum impediunt nec sufflaminare possunt. *Vid.* Ludovici *Introd. in Proc. Camb.* Cap. XI. §. 15. *Jus Camb. Danic.* Art. XX. *Ordin. Camb. Saxo-Gothan.* §. 13. eadem non admittunt.

§. 11.

Ad hanc præscriptionem nec *bona fides* requiritur, sed solum tempus *non interruptum* exigi ex legibus cambialibus dispatescit. Interim tamen exceptio præscriptionis ob intervenientem *malam fidem* vel potius *dolum* opponi nequit, v. c. reus jam cambium acceptavit, & eo ipso haud ignarus fuit, se ad cambium acceptatum *solvendum* obstrictum fuisse, ergo in mala fide constitutus adparet. *Vid. Frankfurtische Wechsel-Responsa* Resp. 21. p. 37. Nam si debitor vel trassatus cambium præsentatum sed trassatum acceptatione agnoverit, præscriptionis exceptioni non locus datur; agnitio enim litterarum cambialium reum ad solvendum obligat, atque adeo etiam in mala fide constituit, ergo præscriptio exulat.

§. 12.

Quum productio litterarum cambialium cum libello arrestatorio semel in concursu creditorum facta fuerit, salvum integrumque creditori manet jus *cambiale in perpetuum*, nec opus est reservatione speciali. Küstneri disp. *cit.* §. 52. p. 84.

§. 13.

§. 13.

Præſcriptio annalis non, *niſi actione* intra legitimum tempus *inſtituta*, interrumpitur. SIEGEL. *Introd. in jus camb.* cap. 4. §. 5. ubi & p. 49. modus libellandi oſtenditur.

§. 14.

Ut citatio interrumpat præſcriptionem, neceſſe eſt, ut eam impetratam eſſe *ab eo*, qui facultatem *agendi* habuit. RIVINI *ad Ord. Proc. Sax.* Tit. 4. En. 62. p. 128.

§. 15.

Actione cambiali ab actore coram judice competente inſtituta, atque litterarum cambialium recognitione petita, eaque a reo peracta, actio cambialis, ſi ſolutio ob varias cauſas minus ſequatur, v. c. ſi reus ad ſolvendam debitam ſummam non cogatur, atque non obſtante recognitione a judicio iterum dimittatur, nec actor actionem proſecutus fuerit, tunc fit *perpetua*, illaque demum *40. annorum præſcriptione* ceſſat ſecundum legem *fin. C. de Præſcr. 30. vel 40. annor.* KÜSTNER. diſp. *cit.* §. 53. p. 84. ſq.

§. 16.

Interrumpitur præſcriptio, ſi *ultimo die* præſcriptionis adhuc *currentis* creditor cambialis actionem cambialem inſtituat, v. c. in Saxonia, ſi *ultimo* adhuc *die* anni ac diei Saxonici inſtituatur, & dies cœptus non habeatur pro completo. LUDOVICI *Einleitung zum Wechſel-Proceß* Cap. XI. §. 9. KOENIGK. *ad Ord. Camb. Lipſ.* §. 32. n. 9. Nam ad præſcriptionem actionum temporalium *integer dies* requiritur, *L. 6. ff. d. Oblig. & action.* Licet *extrajudicialis* ſ. *privata* admonitio interpellatioque præſcriptionem non interrumpat ; *Frankfurt. Wechſel-Reſponſa* 83. p. 36. eamdem tamen interrumpit citatio *indicialiter facta*, *L. 2. C. de annal. except.* Quin imo *judicialis interpellatio*. *Vid. Reſp. cit. Francofurt. Camb.* Coll. II. Reſp. 153. p. 238.

§. 17.

§. 17.

Quum autem citatio, actione apud judicem proposita, *non expediatur* insinueturqe debitori, præscriptio non interrumpitur. Nam in *Ordin. Camb. Lipsiens.* §. 32. diserte constituitur, doch, dass auch solche Production in Jahr und Tag von der Verfallzeit an, geschehe, und der Creditor seine Klage wider den Debitorem in solcher Zeit anstelle. Si vero debitor negare nequeat, citationem ipsi *insinuatam* eumque dilationem a creditore expetiisse, tunc & præscriptio *citatione* interrupta est. ZANGER. de *Except.* P. 3. c. 10. n. 144. p. 489. CARPZOV. Decis. 223. n. 14. & P. II. Const. 7. def. 6. Quodsi autem debitor absens sit, vel lateat, libellus ad excludendam præscriptionis exceptionem proponendus est, quemadmodum etiam casum libellandi KÜSTNERUS disp. de *menstrua & annali præscriptione litter. camb.* §. 32. p. 52. tradit.

§. 18.

Sola in judicio facta literarum cambialium *productio & annotatio*, wenn einer notiren und registriren lässet, er den, von N. N. habenden Wechsel produciret und de jure suo cambiali contra debitorem conservando protestiret haben wolle ad interrumpendam præscriptionem haud sufficit, sed *actio ipsa* instituenda & cambialium litterarum recognitio â debitore exigenda est, tametsi absens vel forensis sit debitor. BARTH. *Hodeg. Forens.* Cap. IV. §. 25. p. m. 857.

§. 19.

Præscripto etiam interrupta videtur, licet die Klage, immassen sie angebracht, nicht statt habe, prout BERG. *El. D. For.* Tit. IV. Obs. 5. p. 81. RIVIN. ad T. 4. En. 63. p. 128. BRUNNEM. ad L. 2. C. de *Annali except.* n. 8. contendunt, *conf.* tamen KÜSTNER. disp. *cit.* §. 37. qui hoc aliorum disquisitioni relinquit, rationibus in utramque partem productis. Negative autem non de nihilo. Exceptio enim *inepti libelli* cum effectu opposita, actionem retro reddit nullam.

THOENNICKER. in *Advocatio prudenti* p. 127. n. 14. adeoque citatio, quæ alias interrumperet præscriptionem tam juris communis L. 6. C. *de annal. exceptione*, quam statutarii. BERLICH. P. II. cap. 9. n. 13. pro non facta habetur.

§. 20.

Ad præscriptionis interruptionem probandam etiam deferri potest jusjurandum. RIVINUS *ad Ord. Proc. Sax. El.* Tit. 18. En. 14. p. 592.

§. 21.

Neque præscriptio impeditur, licet *pars debiti cambialis* soluta sit, *reliqua* tamen *pars* nihilominus præscribitur. KÜSTNER. disp. *cit.* §. 55. p. 83. Virtutem autem & habet tollendi præscriptionem annalem solutio *partialis* ad creditoris admonitionem privatam facta, vi *articuli* 42. *Ord. Camb. Brandenb. d.* 25. *Sept. Sept.* 1724. *Vid.* CHR. FRID. GRÆVEN. disp. de *Exceptione præscripti cambii* §. XI.

§. 22.

Sola *protestatio* præscriptionem non interrumpit (*), sed requiritur, ut litteras cambiales *originales ipsæ* in judicio producantur & ex iis actio instituatur, nam cum intendatur litterarum recognitio & copiæ non sint recognoscendæ, originalium productio recte exigitur. Et hoc etiam obtinet, absente licet aut fugitivo debitore. BARTH. *Hodeg. Forens.* Cap. 4. §. 24. p. 855. Inprimis cum cambiorum præscriptionem, etiam protestatione interposita, nihilominus currere pergat, uti ex verbis §. 32. *Ord. Camb. Lipsiens.* es sey protestiret oder nicht constat. Cursus præscriptionis cambii per solam *Notarii cum duobus testibus protestationem*, si acceptatio detrectetur vel solutio non sequatur, non interrumpitur. LUDOVICI *Proc. Camb.* Cap. XI. §. 11. Hæc enim communi DDr. opinione neque vim actionis neque exceptionis habere dicitur. MANTIC. Dec. 204. n. 10. & KÜSTNER. disp. *cit.* §. 50. eamdem

etiam

etiam tuetur ſententiam, ſiquidem *Ord. Camb. Lipſ.* §. 32. creditori injungit, ut intra annum actionem ſuam inſtituat: Doch daſs auch ſolche Production in *Jahr und Tag* von der Verfallzeit an geſchehe, und NB. der Creditor *ſeine Klage* wider den Debitorem in ſolcher Zeit *anſtelle.* Inprimis cum cambiorum præſcriptionem, etiam interpoſita proteſtatione, nihilominus currat, ob Juris Camb. Lipſ. §. 32. verba: *es ſey proteſtiret oder nicht. Vid.* Jo. Gerh. Schlitte ad §. 13. Cap. XI. Ludovici *Wechſel-Proceſs.* Siegel. *Corp. Jur. Camb.* ibi Annot. 6. ad §. 32. *Ord. Lipſ.* p. 53. Ejusd. *Einleitung zum Wechſel-Recht* cap. 4. §. 5. Interim tamen Siegel. in *cit. Einleit.* &c. cap. IV. §. 5. teſtatum fecit, anno 1742. a *Scabinis Lipſienſibus* ſententiam *affirmativam* fuiſſe adprobatam, quam Siegelius plene ibidem produxit, cujus rationes maximi quoque momenti eſſe videntur. *Vid. Annot. ad Ord. Camb. Lipſ. l. c.* p. 54.

(*) Jure autem *Cambiali noviſſimo Regis Boruſſiæ d. ao.* 1751. *art.* 26. *&* 63. curſus præſcriptionis etiam *proteſtatione interrumpitur;* Si quoque parte debiti cambialis ſoluta, intuitu *non ſolutæ* partis *proteſtatio interponatur*, præſcriptio etiam evaneſcit. *Vid.* Dn. Uhlii *Cont. I. Corp. Jur. Camb.* Siegeliani p. 12. & L'Estocqs *Erläuterung des Preuſſ. Wechſelrechts in adp.* p. 318.

§. 23.

Lipſienſi Ordinationi Cambiali etiam civitatis Imperii *Frankfurtanæ ad Mœnum Ord. Camb.* d. ao. 1739. §. 46. adſtipulatur, nam & *Francofurti* proteſtatio intuitu *præſcriptionis* in nullam venit conſiderationem, neque *cambium, prolongare* poteſt ab indoſſatario absque conſenſione *indoſſantis*, alioquin deperdit regreſſum. Lege enim ita ſancitur: Jedoch behalten diejenigen Wechſelbriefe, welche einer auf ſich ſelbſt ausgeſtellet, *es ſey deswegen proteſtiret oder nicht*, billig ihre Krafft und Wirkung und zwar alſo und dergeſtalt, daſs auch ſolche *in Jahr und Tag*, von der Verfallzeit anzurechnem, produciret werden, und der

Creditor seine *Klage deswegen anstellen solle*, wiedrigenfalls, nach *Verfliessung Jahr und Tag*, dieselbe kein Wechsel-Recht mehr behalten, sondern nur *als blosse Schuld-Scheine* gelten, *nach fünf Jahren* aber dergleichen veraltete, und inzwischen nicht erneuerte Wechselbriefe gantz erloschen, und nicht mehr exigibel seyn sollen. (*) Daferne auch ein dergleichen eigener Wechselbrief durch indossirung in eines dritten Hand gekommen wäre, so kan der Innhaber dem Aussteller desselben *ohne Vorwissen und Bewilligung seines Indossantens*, gedachten Wechselbrief *nicht prolongiren*, und da er solches gleichwohlen einseitig zuthun unterstehet, verliehret er seinen Regreff an den Indossanten, und muss sich allein an den Aussteller halten. *Vid. Dn.* UHLII *Cont. I. Corp. J. Camb. Siegeliani p.* 83.

(*) Quum hæc lex eo tempore, quo RAUMBURGER opus *de cambiis* conscriberet, nondum publicata esset, eam *cap.* 57. §. 12. p. 686. ignoravit, ad præscriptionem XXX. annorum provocans. Dn. SPAN igitur *von Frankfurther Wechselrecht.* §. 116. *p.* 100. qui *recentiorem Ordinationem Camb. d. ao.* 1739. præ oculis habuit, secundum §. 46. præscrionis argumentum rectius proponit.

§. 24.

Vi Ordin. Camb. universalis FRIDERICII II. Augustissimi *Regis Borussiæ & Electoris Brandenburgici ao.* 1751. publicatæ *art.* 26. cambia *propria*, so einer auf sich selbst gestellet, post tempus solutionis faciendæ vel prolongationis factæ *intra anni intercapedinem* præscriptione vim cambialem amittunt, cursus autem præscriptionis *interventu protestationis tempestivo* interrumpi potest, prout lex nos condocet: Alle Wechselbriefe *auf sich selbst ausgestellet*, müssen auf Verfallzeit entweder bezahlet, oder prolongiret, oder *wegen verweigerter Bezahlung protestiret werden*. Dochstehet denn Innhaber ohne sein præjuditz frey *ein gantzes Jahr* mit der protestation zu warten; massen dergleichen Wechsel

so

so lange ihre Krafft behalten. *Vid. Dn.* UHLII *Cont. I. Corp. J. Camb. Siegeliani p. 7. sq. & Jo. Ludw.* L'ESTOCQS *Erläuter. des allgemeinen und Preuss. Wechsel-Rechts in Adp. p.* 312. (*) Quam legem illustris VANGEROW in *Delin. Jur. camb.* §. 167. *p.* 114. ita interpretatur: ut in terris, ubi jura *Saxonica* adhuc valent, anno etiam *sex hebdomades & tres dies* adjiciantur, provocans ad Rescriptum, wie in der Wechsel-Ordn. *Jahr und Tag* zuverstehen, *de* 30. *Jun.* 1717. *Corp. Const. Magdeburg. P. II. p.* 308. (**) *Conf. Königl. Preuss. allgem. Wechselrecht, d.* 25. *Sept.* 1724. *art.* 40. ubi protestatio minus exigitur, interim tamen non excluditur, atque adeo legi recentiori supra adductæ *ipsa protestatio* etiam adjecta, tanquam remedium præscriptionem annalem interrumpens. Hujus *artic.* 42. de annali cambiorum *propriorum* præscriptione ita agit: Wenn jemand einen Wechselbrief auf sich selbsten ausstellet, nach der Verfallzeit in einem Jahre (welches auch, wenn ein Wechsel in der Messe ausgestellet, von dem Tage in der Messe biss zu solcher Jahrs- und nicht zu gleicher Messzeit in folgenden Jahr zurechnen) sich deswegen niemand angiebet, soll der Wechselbrief alsdann kein Wechselrecht mehr behalten, sondern nur vor eine blosse obligation gelten; würde aber der Wechselbrief *binnen Jahr und Tag gemahnet*, soll derselbe von dato an (factæ *admonitionis*, quæ intra annum & diem adhuc suscipienda est) auf ein folgendes Jahr und so ferner, wenn auf gleiche Weise die Zahlung weiter gefordert wird, seine Krafft behalten. Daferne aber jemand dergleichen Wechselbrief gar veralten lassen, und *über sieben Jahr* bey sich behalten, und selbigen inzwischen *nicht erinnern liesse*, soll solcher veralteter Wechselbrief alsdann *nicht weiter exigibel* seyn, und keine andere als judicialis interpellation die præscription interrumpiren. (***) *Vid.* SIEGELII. *Corp. J. Camb. P. I. p.* 130. SCHLITTE. *Anmerk. zu* LUDOVICI *Prof. Camb. cap. XI.* §. 13. *p.* 154. Ad dilucidationem *hujus articuli* multum facit SIEGEL. *in Introd. ad jus camb. c.* 4 §. 7. *p. m.* 50. In terris Regis Borussiæ præscriptionem annalem *etiam*

admonitione privata interrumpi conſtat; (****) præſcriptionem autem *ſeptennii* non ſecus, quam *indiciale interpellatione* interrumpi poſſe videtur. *Annali* vero præſcriptione creditori obſtante *ex cambio amplius* agi nequit, ſed tanquam ex chirographo; interveniente autem *ſeptennii* præſcriptione actio etiam hæc plane exſpirat. *Vid.* CHR. FRID. GRÆVEN. diſp. *de Exceptione præſcripti cambii* §. *XI.* Add. omnino §. 13. ubi indicatur qua ratione creditor *poſt ſeptennium* creditum ſuum proſequi queat. *Articulus* vero 42. *Ord. Camb. Brandenb. d.* 25. *Sept.* 1724. in recentiori *Ordinat. Boruſſico-Brandenburgica d. ao.* 1751. iisdem verbis non plene iteratur. Licet ejusmodi cambia jam in chirographa transformata *ſeptennii* præſcriptione evaneſcuerint; *Facultas* tamen *Francofurtana ad Oderam* creditorem ad proceſſum *ordinarium*, modo debitionem *per teſtes, libros mercatorios* vel *jurisjurandi delationem*, vel *alio modo* probare queat, admittendum eſſe judicavit. *Vid. Frankfurth. Wechſel-Reſponſa Coll.* 2. *Reſp.* 84. *p.* 35. *ſq. Reſp.* 124. *p.* 171. *& Reſp.* 151. *p.* 253. LUDOVICI *Proc. Camb. cap. XI.* §. 21. Num autem *hic articulus* 42. *Ord. Camb. d. ao.* 1724. hodienum in provinciis Brandenburgicis ac Boruſſicis *quoad ſeptennium* uſu valeat, dubito, quia Reſcriptum Regium d. 6. Nov. 1765. diſerte ſanxit: Wann nun durch die neue Wechſel-Ordnung die alte expreſſis verbis, mithin auch deſſen Declaration von 17 Märtz. 1736. aufgehoben worden. (*****) Als habet ihr &c. *Vid. Dom.* UHLII *Cont. III. Corp. J. Camb. Siegeliani p.* 46. J. LUD. L'ESTOCQS. *Erläuter. des Preuſſ. Wechſel-Rechts p.* 91. tradit de Boruſſia & hoc: In Preuſſen iſt nach der Neurevidirten W. Ordn. a. 1724. von Verjährung der traſſirten Wechſelbriefe nichts geordnet, (******) ſo erlöſchen ſelbige in 30 Jahren, oder wo die Præſcriptio *nach ſächſiſchen Recht* zurechnen üblich, *in* 31. *Jahren* 6 *wochen* 3. *Tagen*; doch ſo, daſs biſs 7. Jahr die Præſcription auch *durch bloſſe auſſer gerichtlice Erinnerungen, nach* 7 *Jahren* aber *durch gerichtliche Erinnerungen interrumpiret wird.*

(*) Dn. VANGEROW quidem *in Wechſelrechte* §. 168. *p.* 115. negat, præſcriptionem interventu *proteſtationis* interrumpi, aſt in provinciis

vinciis Regis Borussiæ contrarium vi *articuli* 26. de cambiis *propriis* expresse constitutum est, quibus autem Dm. Schall. etiam ingenue adjecit hoc: und da sie (die Wechsel-Ordnung d. ao. 1751.) *in Absicht der trassirten Wechsel* nichts besonders bestimmet, so gielt solches von allen Wechseln überhaupt, und dieses um destomehr, da es der natürliche und schon in denen gemeinen Rechten gegründete Effect der Protestation ist, dass die Befugnisse des Protestantes gesichert, und besonders der Lauff der Verjährung dadurch unterbrochen wird. Und so wird dann auch in denen Preussischen Gerichten erkannt, und ist vor einigen Jahren in Sachsen *Sal. David*, Jun. contr. *Jacob Fürst* von dem Hof- und Cammer-Gerichte zu Berlin erkannt worden. *Vid. Dm.* Schall. *Zusätze zu Vangerow Entw. des Preussischen Wechselrechts p.* 68. *sq.* In Ducatu Guelpherbytano protestationem a possessore cambii interpositam interrumpere præscriptionem *Ordinatio cambialis art. XLV.* verbis expressis sancit: Wenn ein eigener Wechselbrief nach der Verfallzeit nicht in Jahr und Tagen, ein trassirter aber nicht nach Verfliessung eines Monats præsentiret und die Bezahlung gefordert oder *protestiret wird*, soll er denn Innhaber zur Last alsdann vor Bezahlt gehalten werden und erloschen seyn. Qua ordinatione *protestationem* non minus traffatorum vel indossatorum cambiorum quam propriorum præscriptionem apud *Guelpherbytanos* interrumpere constat; licet juris cambialis rigor *post annum & diem* & respectu *trassatorum post mensem* evanescat, litteras tamen cambiales tunc valent, ut chirographa adversus debitorem, prout diversi legislatores sanctionem ejusdem argumenti interpretati sunt.

(**) Quondam in Electoratu *Brandenburgico* cambia *propria decennio*, in Ducatu *Magdeburgico* & principatu *Haberstadiensi septennio* exspirabant. *J. Camb. Marchic. d. a.* 1709. *art.* 28. *Magdeb. d. ao.* 1703. *art.* 24. König. *ad Ord. Camb. Lipsi. in Adp. p.* 70. & 109.

(***) *Lugduni* præscriptionem cambialen *in Art. X.* interpellatione diligenti *privata* etiam interrumpi cognitum est.

(****) Licet Dm. Vangerow. *in Entw. des Wechsel-Rechts* §. 104. *p.* 79. asserat, cursum præscriptionis *annalis*, intervenient*e extrajudiciali admontione* interrumpi posse; id tamen *Ordin. Camb. Borussiæ d. ao.* 1751. *art.* 26. evinci nequit, etsi secundum

dum *anteriorem Ordin. Camb. Brandenburgicam d. an.* 1724. *Art.* 42. *privata admonitio* ad interruptionem præscriptionis annalis etiam suffecerit. *Conf. Dn.* SCHALL. *Entwurff des Wechsel-Rechts ad* §. 103. *&* 104. *p.* 49.

(*****) Extat hæc in SIEGELII *Corp. J. Camb. P. I. p.* 143. *lit.* h. *& in* SCHLITTI *Anmerck. ad* LUDOVICI *Proc. camb. p.* 101.

(******) JO. PAUL. FERD. SCHRÖTER in *fundamentis Jur. criminalis, cambialis &c.* asserit: in terris Brandenburgicis & Borussicis, *cambiis* tam *propriis* quam *trassatis præscribitur anno* a tempore solutionis computato. *J. Camb. Boruss. commun. art.* 42. *Ord. Camb. Boruss. rec. art.* 26. *Conf. Meum Exerc. IV. p.* 109. *n.* 8.

§. 25.

LIPSIÆ præscriptio cambiorum *propriorum*, si mercator debitor, intra annum & diem *Saxonicum* i. e. intra annum, *sex hebdomades & tres dies* a die solutionis, vel ultimo prolongationis die von Betag- und Verfallzeit computato; & *trassatorum* intra mensem; quatuor enim hebdomadibus præterlapsis, Ordinationis cambialis §. 32. introducta est. KOENIGK *ad Ord. Camb. Lipsi.* §. 32. n. 9. p. 106. Cur autem *trassatæ* litteræ cambiales *mense* i. e. 30. *diebus* præscriberentur, ex *Ordinationis Camb. Lipsi.* §. 15. evolvere studet BARTH. *Hodeg. Forens.* cap. 4. §. 23. lit. a. p. 852. Jure Cambiali SCHLEUSINGENSI §. 21. inter mercatores litteras collybisticas præscriptione anni & diei vim cambialem perdere ex dispositione laudatæ legis patescit: Immassen es wegen der *Kauff*- und *Handelsleute* sowol diesfalls als sonsten allenthalben, wie obgedacht, bey dem, was nach der *Leipziger Wechsel-Verfassung üblich*, verbleibet, dass nämlich solche Production unter denenselben in Jahr und Tag von der Verfallzeit an geschehe, und *der Creditor seine Klage wider den Debitorem in solcher Zeit anstelle*, da aber dieses in der Zeit nicht geschehe, dergleichen *eigenhändig ausgestellter Wechselbrief* sowol als der *trassirte* hernach ganz und gar erloschen und der Debitor dem Creditori ferner *daraus* etwas zu bezahlen nicht schuldig seyn solle. *Vid. Contin. Codicis Augustei Saxonici* P. II. p. 1140.

§. 26.

§. 26.

Quum autem Jus cambiale *Lipsiense* dubium excitaret, num dispositio §. 32. ad ea quoque cambia, quorum debitor quidem, *non* autem *creditor* mercator esset, trahi deberet, istud prævia auctoritate Seren. Administratoris Electoratus Saxonici per singularem *Declarationem ad Magistratum Lipsiensem d. 17. April. 1768.* intuitu præscriptionis hanc provisionem nuper obtinuit, ut mercatorum, qui Lipsiæ habitant, vel ibidem negotia sua mercatoria exercent, ibique præsto sunt, cambia *propria* & obligationes *jure cambiali* munitæ secundum §. 32. *O. C. Lips.* anno & die i. e. anno & sex septimanis & tribus diebus, sine distinctione *an cambii creditor sit mercator* vel *minus*, modo cambia rem *mercantilem* vel mutuum *concernant;* præscriberentur, nisi in continenti doceatur, *debitioni* nec *mercaturam*, nec *mutuum* causam dedisse; biennii tamen præscriptione *heredibus creditoris* cambialis & *piis causis* salva. Ast alia cambia, quæ *non ad rem mercantilem aut mutuum,* sed ad alios contractus creditorum spectant, intra *quadriennii* lapsum præscriberentur, uti jam §. 16. *Adpend. emend. Ord. Proc. Sax. Elect.* sancitum esset. Laudatum vero Edictum ab illustri magistratu *Lipsiensi* hunc in modum typis exscriptum & publicatum legimus: Demnach Ihro, des Herrn Administratoris der Churſachsen, Königl. Hoheit, die bis anhero, in Ansehung der, in dem 32sten §pho der Leipziger Wechsel-Ordnung zum Besten der Kauf- und Handelsleute geordneten Præscription, vorgewalteten Zweifel dahin entschieden, *daß künftighin alle von Handelsleuten, so entweder in Leipzig wohnhaftig*, oder *dahin handeln,* und *daselbst anzutreffen sind,* ausgestellte *eigene Wechselbriefe* und Verschreibungen *nach Wechselrecht*, daferne nicht, daß solche *von Mercantz* oder *Darlehn nicht herrühren, in continenti bescheiniget wird*, nach Maasgebung des §. 32. der Leipziger Wechsel-Ordnung in Jahr und Tag, jedoch mit Vorbehalt der darinnen *denen Erben* des Wechsel-Creditoris und denen *piis causis* nachgelassene *zweyjährige Frist, ohne Unterschied, ob der Innhaber des Wechsels ein Kaufmann sey, oder nicht,* præscribiret seyn, diese Præscription, wenn aus einem solchem Wech-

sel wider einen dergleichen Kauffmann bey dem Handels-Gerichte, oder denen Stadt-Gerichten zu Leipzig geklaget wird, in Obacht genommen, sothane Præscriptio annalis aber auf Wechselbriefe oder Verschreibungen, *so nicht von Mercanz oder Darlehn* (*), sondern von andern Contracten herrührende Schuld betreffen, *nicht erstrecket werden*, vielmehr es in Ansehung dererselben lediglich bey der Dispoſition des §phi 16. im Anhang der erläuterten Processordnung und derer darinnen geordneten vierjährigen Præscription verbleiben, hiernächst auch die von obbemeldeten *Kaufleuten über Handlungs-Sachen und Darlehn* an einen Gläubiger, *so kein Kaufmann ist*, ausgestellte *eigene Wechselbriefe* und *Verschreibungen nach Wechsel-Recht* auch nach Ablauf oberwehnter respective *ein* oder *zweyjährigen Verjährungs-Zeit*, sodann nichts destoweniger die Verbindlichkeit einer Obligation, aus welcher *executive geklaget* werden kan, gleich andern in nur angezogen 16ten §pho im *Anhang der erläuterten Proceß-Ordnung* erwehnten Wechselbriefen behalten sollen; Als wird von Uns Bürgermeistern und Rathe *der Stadt Leipzig*, *solche Erläuterung der Leipziger Wechsel-Ordnung* zu jedermanns, insonderheit der Kauf- und Handelsleute Nachachtung hierdurch öffentlich bekannt gemachet. Urkundlich mit Unserm gewönlichen Stadt-Secret bedrückt. Signatum Leipzig den 27. April 1768. (L. S.) Der Rath zu Leipzig.

Ex hac declaratione omnino dispaleſcit, quod, ſi cambium *circa rem mercantilem* vel *mutuum* über Handlungs-Sachen und Darlehn contractum, ſive *creditor mercator*, ſive *non-mercator*, cui rem mercantilis aut mutua pecunia ſub lege cambiali credita, creditori ſuo annalis cum die Saxonico præſcriptionis exceptio objici poſſit, niſi hanc in continenti elidere poſſit per replicam cambium neque *de re mercantili*, neque *de mutuo* eſſe contractum v. c. Si mercator de *locario* alicujus domus locatori cambium dedit, vel ſocer genero intuitu *dotis* promiſſæ litteras cambiales interim porrigit. Ergo ſi nobilis aut litteratus mercatorem ex cambio, cujus *objectum non eſt res mercantilis* vel *mutuum* conveniat, iſtum a limine judicii, *elapſo annali ſpatio* repellere nequit, exceptione præſcriptionis.

(*) Ex

(*) Ex quo dilucide patescit, *cambium* etiam intuitu *mutui contrahere* licere, qua legislatione flori & progressui commerciorum & fidei datæ sanctius colendæ omnino succurritur, utut viri *jure Canonico* quondam occæcati repugnaverint, unde cambium *palliatum* originem traxit, hodie vero pallium hoccine mutuo detraxerunt saniores Jurisconsulti.

§. 27.

in Jahr und Tag von der Verfallzeit anzurechnen, produciret werden, *und der Creditor seine Klage* deswegen anstellen solle; wiedrigenfalls nach Verfliessung Jahr und Tags als bloße Schuldscheine gelten, nach *fünf Jahren* aber dergleichen veraltete, und inzwischen nicht erneuerte Wechselbriefe ganz erloschen und nicht mehr exigibel seyn sollen. (*) *Vid.* Dn. UHLII *Cont. I. Corp. Jur. Camb.* SIEGELIANI p. 84. sqq. Ex quibus proclive intellectu est, cambia *trassata* acceptata, si *præsentans intra quatuor hebdomades* post terminum solutionis *trattam* non exigat ab acceptante, præscriptione, quam præterlapsis 4 hebdomadibus, acceptans præsentanti opponere licet, evanescere. *Vid.* LUDOVICI *Proc. Camb.* cap. XI. §. 7. 13. & 19. Rationem quatuor hebdomadum pro trassato lex ipsa suppeditat: Weil nemlich die Wechselbriefe von denen Acceptanten, wenn sie bezahlt, öfters wegen überhäufter Geschäfte zurücke zu fordern vergessen, oder von denen Innhabern verleget werden. Fundamentum præscriptionis litterarum cambialium hic nihil aliud est, quam intentio negligentiam *creditorum* s. *præsentantium* coercendi & confusiones & tricas in commerciis evitandi. *Conf.* Dn. SPAN *Frankfurther Wechselrecht* §. 116. p. 100. Extra hunc casum adversus trassantem l. indossantem vulgaris præscriptio juris civilis *triginta annorum* obtinet, Cambia *propria* post annum & diem a die solutionis præstandæ computandum, vim cambialem exuunt, indolemque chirographorum induunt; Si vero *quinque annos* præterlapsos, nec ea interim renovata esse pateat, tunc ista amplius in prosecutione actionis adhiberi nequeunt. Verba autem *ganz erloschen und nicht mehr exigibel seyn*, bene interpretatur Dn. J. L. SPAN *in Frankf. Wechselrechte* §. 116. p. 101. his verbis utens: Es mag aber in Ansehung der leztern Præscription die Meinung wol keine andere seyn, als dass man hernach mit solchen Wechseln die Schuld nicht weiter beweisen könne; hingegen wenn man solche etwan anderwärts noch erweisen könnte; so ist kein Zweifel, dass solche Schuld noch könne gefordert werden. LUDOVICI *Wechsel-Proceß* cap. XI. §. 21. FRANCK. *Inst. Jur. Camb.* Lib. II. Sect. 4. tit. 3. §. 16.

§. 16. *Frankfurt. Wechsel-Responsa* Resp. 83. n. 3. p. 86. Resp. 68. p. 224. Quodsi Judæus ibi sit creditor, tunc æque in cambialibus ac aliis debitis præscriptioni biennii locus datur, licet sub multis limitationibus. *Vid.* Dn. Span *l. c.* §. 116. not. * & Ill. Orth. *Anmerk. ad Reform. Francofurtanam* Tom. II. p. 162. sqq. ad quem lectorem plenioris limitationum illarum notitiæ cupidum potius ablegare, quam easdem hic iterare volo.

(*) Raumburger qui die *Grundveste von Wechsel- und Commercien-Sachen* edidit, negat quidem *specialem* præscriptionem circa cambia *Francofurti* usu introductam; quia vero Tractatum suum jam ao. 1723. publici juris fecit, præscriptionem autem istam ao. 1739. renovata Ordinatione Cambiali demum publicatam, de jure ignorare potuit.

§. 55.

Neque Ordinatio Cambialis Norimbergensis cap. IV. §. 4. litteras cambiales *proprias* intuitu præscriptionis intactas relinquit, sanciens, ut eadem intra unius anni a tempore solutionis faciendæ computandi decursum in judicio producantur, atque ex iis agatur, alioquin istarum jus cambiale præscriptione annali evanescit, atque saltem vim vulgaris obligationis tutantur. Verba legis ipsius de hac præscriptione illustris Respublica ita adornavit: Und wenn jemand einen *Wechselbrief auf sich selbsten ausstellet*, dessentwegen sich Niemand an der Verfallzeit *in einer Jahrsfrist* meldet, alsden soll der Wechselbrief das Wechselrecht verlohren haben, und für nichts mehrers als einen gemeinen Schuldschein gelten, mithin auch dieses Recht genieſſen. Siegelii *Corp. Jur. Camb.* P. I. p. 359. Ergo actio personalis *intra triginta annos* demum præscribitur, licet cambialis actio *annali præscriptione* jam extincta fuerit. Cum Lex *Norimbergensis* cambia *trassata* ratione præscriptionis silentio præteriverit, haud dubie circa ea præscriptio *triginta annorum* obtinebit. Ludovici *Introductio in Proc. Camb.* cap. XI. §. 7. Wölcker. *ad Reform. Noric.* P. V. c. 6. §. 4. p. 398.

§. 56.

Si Juris cambialis BREMENSIS Articulum LV. oculis ſubjiciamus noſtris, in eo hanc diſpoſitionem *de præſcriptione cambialium litterarum* animadvertimus, quod *traſſatæ* intra *VI. hebdomades* a tempore ſolutionis præſtandæ computandas præſcriptione vigorem ſuam cambialem deponant, ac pro ſolutis habeantur; propriæ vero, licet non proteſtatione munitæ, *per annum* vim cambialem retineant; quo autem tempore præterlapſo, in naturam obligationum *ſimplicium* transeunt, atque ex iis tanquam chirographis modo experiri licet. Verba dicti Articuli LV. indicatos caſus ita repræſentant: Weil es auch zuweilen ſich zuträgt, daſs ein bezahlter Wechſelbrief verleget, oder nicht abgefordert wird, als ſollen alle Wechſelbriefe, wenn derentwegen *nicht proteſtiret worden*, nach Verlauf *ſechs Wochen* von dem Verfalltage angerechnet, entkräftet und vor bezahlt gehalten werden; da aber einer *einen Wechſelbrief auf ſich ſelbſt geſtellet hätte*. kan derſelbe, *wenn er gleich nicht proteſtiret wäre*, ein ganzes Jahr durch, als ein Wechſelbrief validiren, nach ſolcher Zeit aber hat er nur die Kraft einer ſchlechten Obligation, und mag dergeſtalt die darinn enthaltene Summe gefordert werden. *Vid.* SIEGEL. *Corp. J. Camb.* p. 276. Quando itaque cambium, tanquam chirographum valorem ſuſtinet, eodem tempore, quo actiones *perſonales*, præſcriptione ibidem extinguetur.

§. 57.

Juris cambialis DANTISCANI Artic. XXXVI. cambia *traſſata* poſt decurſum *quatuor hebdomadum* a tempore ſolutionis expediendæ computandarum pro ſolutis declarantur ac *præſcriptione* evaneſcunt; Cambia vero *propria* intra *annum & diem* in judicio ſunt producenda, niſi hoc fiat, nec creditor debitorem actione proſequatur, cambialis actio *in caſſum* abit. Creditore autem ante annum & diem præterlapſum ad mortales abeunte, ejus *heredibus* adhuc *annus & dies* ad experiendum

ex

ex cambio indulgetur. Ipsa *Ordinatio Camb.* Dantiscana *art. cit.* de his præscriptionibus ita disponit: Weil sichs auch zutragen kan, dass zuweilen die bezahlten Wechselbriefe nicht sofort von denen, so das Geld gezogen, abgefordert oder verleget werden; also sollen alle Wechselbriefe, so auf einen traffiret worden, *nach Verfliessung vier Woshen*, nach der Verfallzeit vor bezahlt gehalten, ungeachtet dieselbe in der Zeit nicht abgefordert worden; ausgenommen die *eigene Wechselbriefe, so einer auf sich selbst ausgegeben, welche ein Jahr und Tag* von der Verfallzeit an, es sey protestiret oder nicht, produciret, und die Ausgeber zur Zahlung angehalten werden können. Da aber die Production in währender Jahrsfrist nicht geschähe, und der Creditor seine Klage wieder den Debitorem in solcher Zeit nicht anstellete; so ist dergleichen eigener Wechselbrief hernach gänzlich erloschen, und der Debitor *daraus* etwas zu bezahlen nicht schuldig; es wäre dann, dass der Creditor *vor Ablauf Jahr und Tags*, mit Tode abgienge, alsdenn dessen *Erben* über das erste, *noch ein ganzes Jahr und Tag* zur Production Frist haben und der Wechselbrief gültig seyn soll. *Vid.* Siegel. *Corp. Jur. Camb.* p. 378. Cum in hac Ordinatione Cambiali mentio præscriptionis *anni & diei* injiciatur, quæritur, quomodo *annus* & *dies* hoc loco intelligi & accipi debeat? Jo. Henr. de Hauenstein in *Repertorio Juris Prutenici*, voce *præscriptionis* p. 474. de præscriptione *triginta annorum* ita enunciat: *Tempus ejusmodi præscriptionis debet esse continuum. h. e. triginta annorum anni & sex septimanum & tres dierum* (*). Ex quo infero, in Prutenicis terris præscriptionem *Saxonicam* ratione *anni & diei* adhuc hodie supereſſe. Siquidem ibi jus Saxonicum aut Mageburgicum olim fuisse adoptatum satis constat. Licet decursu anni & diei interveniente vel præscriptione, ex cambio non amplius ob verba ordinationis allegatæ: und der Debitor dem Creditori *daraus* etwas zu bezahlen nicht schuldig, cambialiter agi possit; alio tamen modo v. gr. tanquam ex chirographo *executive* adversus debitorem propter hoc debitum experiri integrum erit, prout & *Lipsienſis Ordin. Camb.* ex simili expressione:

sione: *daraus* etwas zu bezahlen nicht schuldig seyn soll, authenticam interpretationem §. 16. *Adp. ad Ord. Sax. Elect.* nacta est.

(*) Jure CULMENSI Lib. IV. tit. 4. cap. 1. p. m. 177. quoque per annum & diem, *annus & sex septimanas & tres dies* intelliguntur, idem occurrit in Legibus renovatis *Borussicis* Lib. III. tit. 4. art. 1. §. 11. dreyssig Jahr und Tag, i. e. 31. Jahr 6. Wochen und drey Tage.

§. 58.

Si Jure cambiali ELBINGENSI cap. 5. art. 10. cambia propria tempore solutionis promissæ non liberentur, post decursum *anni ac diei* præscribuntur, nisi creditor ante hoc tempus e vita decesserit; tunc heredibus ejus adhuc *unus* conceditur annus ad actionem cambialem instituendam. Verba legis ita adornata reperiuntur: Ein *eigener Wechselbrief*, wenn er zur Verfallzeit nicht bezahlet wird, hat noch *ein Jahr und Tag* (*) von der Verfallzeit an, Frist, innerhalb welcher Zeit er seine völlige Kraft behält, und der Gläubiger verbunden seine Bezahlung nach Wechselrecht zu suchen. Wenn aber solches innerhalb dieser Zeit nicht geschehen, so ist ein solcher Wechsel nur für eine *gemeine Handschrift* zu halten. Verstürbe dagegen der Gläubiger *vor Ablauf* eines Jahrs und Tags nach der Verfallzeit, so haben dessen *Erben noch Jahr und Tag* nach des Creditoris Tode, zur Production des Wechsels Frist, und bleiben bis dahin berechtiget, aus demselben nach Wechselrecht ihre Klage anzustellen. *Vid.* Dn. UHLII *Cont. III. Corp. Jur. Camb.* SIEGELIANI p. 71. Si itaque creditor actionem *intra annum & diem* non instituat, post decursum hujus intervalli cambium tantummodo, ut chirographum, produci potest. Si heredes creditoris post *biennii & VI. dierum decursum* ex cambio experiri velint, hoc non aliter, quam Chirographo uti possunt, vigore nempe cambii *præscriptione* extincto. *Annalis* vero præscriptio heredibus post mortem sui creditoris ELBINGÆ statim currere videtur. Sin autem de præscriptione cambii *trassati* quæstio incidat, *Ordin. Cambialis*

bialis Elbingensis cap. 7. §. 44. & cap. 13. §. 54. de ea hunc in modum constituit: Alle *trassirte Wechsel* sollen nach Verfliessung *vier Wochen* nach der Verfallzeit für bezahlt zu achten, und nach Wechselrecht nicht mehr einzufordern seyn, woferne sie nicht in rechter Zeit schon protestiret worden sind (**), doch sollen sie noch *ein Jahr und sechs Wochen* nach der Verfallzeit, *als eine gemeine Obligation* und Handschrift gültig bleiben, nach Verlauf *eines Jahrs und sechs Wochen* aber, wenn Creditor in solcher wieder den Debitorem keine Klage anstellet, soll ein solcher Wechselbrief *ganz und gar erloschen* und unexigibel, und Debitor dem Creditori ferner *daraus* etwas zu zahlen nicht schuldig seyn. Sed hæc præscriptio inter *præsentantem* & *acceptantem* valet, quando ille contra hunc agere nititur, ac si cambium acceptatum solutione haud liberasset, quod etiam verba *articuli* 55. laudatæ Ordinationis dilucide declarant, dum ita rem proponunt: Die Verjährung eines Wechselbriefs hat nur ihre Gültigkeit zwischen den *Præsentanten* und den *Bezogenen* oder *Acceptanten*, wenn *jener wider diesen klaget*, als ob derselbe den acceptirten Wechsel nicht bezahlet hätte. Wenn aber der Bezogene die Acceptation weigert, und der Præsentant wider den Trassanten seinen Regress nehmen will; so hat die Verjährung des Wechsels nicht statt, sondern es bleibet in diesem Fall bey der Verjährung und Disposition *gemeiner Rechte*. *Vid.* Uhlii *Cont. III. Corp. Jur. Camb.* Siegeliani p. 81.

(*) Dies hic complectitur 6. hebdomades, uti cap. cit. *Ord. Elbing.* 13. §. 54. explicatur.

(**) Ergo protestatio, tempore non factæ *solutionis*, statim interposita conservat jus cambiale adversus acceptantem agendi.

§. 59.

De litterarum cambialium præscriptione nullam edidit sanctionem Ordinatio Cambialis Augustana Vindelicorum d. ao. 1716. *Vid.* Siegelii *Corp. J. Camb.* p. 316. sqq. *Conf. infra* §. 72.

§. 60.

Quodsi hæc vel illa Ordinatio cambialis de certa præscriptionis determinatione taceat, nec alterius loci ordinatio, quæ istam præscriptionem definit, in subsidium sit recepta, atque adeo *singularis præscriptio* vel *provincialis* vel *statutaria* deficiat, *cambia propria*, quia omnes actiones *personales* jure civili triginta annorum præscriptione excluduntur, etiam hoc tempore extinguuntur. LUDOVICI *Proc. Camb.* cap. XI. §. 23. *Frankfurther Wechsel-Responsa* Resp. 142. pag. 215. L'ESTOCQS *Erläuterung des Preussischen Wechsel-Rechts* cap. 4. §. 17. p. 91. WÖLCKER. *ad Ref. Noricam* Vol. I. p. 398. Vel ubi præscriptio *Juris Saxonici* usu obtinet *intra 31. annos 6. hebdomades & tres dies*; & ubi aliud tempus præscriptionis in actionibus *personalibus* introductum ac receptum est, id & ibidem in cambiis valet. *Vitr. Specim. m. de Præscriptione Germanorum* cap. 18. §. 3. p. 169. Cautus igitur sit creditor juris cambialis rigore fruiturus, ut antea, quam tempus præscriptionis effluit, vel actionem suam instituat, aut literas cambiales a debitore suo ad aliud ulterius tempus prorogari curet, id quod subinde contingere potest & solet.

§. 61.

Interrumpitur cursus præscriptionis non impletæ *prolongatione* s. *prorogatione* (*) si cambio a debitore hæc scribantur verba: prolongiret bis Joanni oder bis die Braunschweiger Laurentii Messe. BARTH. *Hodeg. Forens.* cap. IV. §. 24. p. 855. Nam debitor cambio prolongando ipse subscribere tenetur. HOMMEL. *Rhapsod.* Obs. 293. Cautionis etiam abundantis causa adjici possunt verba: prolongiret mit Vorbehalt des Wechsel-Rechts bis kommende Leipziger Michaelis Messe 1779.

(*) *Prolongatio cambii* est conventio inter creditorem & debitorem cambialem, currente adhuc & nondum impleta præscriptione cambiali, inita, qua terminus solutionis in litteris cambialibus hactenus definitus diutius conservandi *rigoris* cambialis gratia, extenditur. Præfigitur scilicet hac prolongatione debitori novus

novus solutionis faciendæ terminus, a cujus demum lapsu præscriptionis cambialis fatale currere incipit. *Vid.* Küstneri disp. *de menstrua & annali præscriptione litter. camb.* §. 41. Vangerow *Ergänzung und Anmerk. über den Entwurf des Preussischen Wechsel-Rechts* ad §. 105. p. 26. ubi effectus prolongationis egregie illuminatur. Et Dn. Sixt. Jac. Kapff. disp. de *prolongatione cambii ejusque effectibus* §. 2. & 8. Hæc, prolongatio est beneficium creditoris, quo debitori indulget, ut terminus solutionis stipulatæ in aliud tempus ulterius differatur, ergo creditor ad prolongationem cogi nequit. Quamdiu autem prorogatio cambii durat, tamdiu dici nequit der Wechsel sey verfallen, sed demum post lapsum termini prorogati.

§. 62.

Quum absque actione, licet in scripturam non redacta, apud judicem instituta, citatio non expediatur insinueturque, sequitur, *ut sola citatione absque prævia actione emissa*, præscriptione *non interrumpatur*, hanc enim normam exacte observandam esse constat *ex Ordinatione Cambiali Lipsiensi, ubi id* §. 32. diserte constitutum est. & *Ord. Camb. Henneberg.* §. 21. in *Cont. Cod. August.* tom. II. p. 1140. sq. Barth. *Hodeg. Forens.* c. 4. §. 25. p. 762. Ludovici *Wechsel-Proceß* c. XI. §. 14. Adversus fugitivum debitorem opus est creditori, suam vigilantiam judicialiter testari & utile est impetrare de ea testimonium einen Vigilanz-Schein nuncupatum.

§. 63.

Prolongatio cambii regulariter fit *scriptura*, ut inde cambialiter excipi possit, nisi ejus veritas cum omnibus reliquis requisitis *per confessionem debitoris* omni respectu habilis coram magistratu factam vel *per epistolam* ejusdem tempore prolongationis desuper ad creditorem scriptam, vel *instrumento Notarii* suis numeris absoluto incontinenti probari possit. *Vid.* Dn. Kapff. disp. *cit.* §. 5. & 6. Barth. *Hodeg. For.* l. c. p. 856. quoque contendit prolongationem etiam *viva voce* fieri posse, modo ea vel documentis, vel testibus vel juris-

jurandi delatione probari queat. Aſt creditori probe providendum eſt, ne in probatione factæ oralis prorogationis aliquando deficiat, ergo cautius agit, ſi prolongationem a debitore cambio inſcribi curet, vel teſtes advocet. Nam delatio jurisjurandi ſubinde nihil prodeſt.

§. 64.

Prolongatio ſolius creditoris ſubnotatione non abſolvitur, ſed idem a debitore ipſo fiat, neceſſe eſt, ſiquidem *hujus præjudicium* maxime ſubverſatur. Solius autem debitoris factæ prolongationis confeſſio litteris cambialibus inſerta ſufficit. Si enim creditor, qui prolongationem cambio adjicere paſſus eſt, & deinceps cambium absque contradictione retinuit, omnino in prolongationem conſenſiſſe videtur. KAPFF. diſp. de *prolongatione cambii*.

§. 65.

Prolongatio cambii ſuſcipi debet præſcriptione adhuc *currente ac nondum impleta*, proinde *dies prolongationis* conceſſæ litteris collybiſticis eſt adſcribendus: quodſi rigor cambialis præſcriptione extinctus ſit, terminus ſolutionis quidem prolongaretur, non autem virtus cambii, atque adeo creditor debitorem antequam dies venit, efficaciter convenire nequit. Dn. KAPFF. diſp. *cit.* §. 3. p. 9.

§. 66.

Quamvis litteræ cambiales, qua tales, prolongentur, *prolongatio* tamen easdem non mutat in *mutuum*, ut arbitratur GE. BEIER in *Volckmanno emendato* P. I. cap. 25. p. m. 134. Quando autem cambium præſcriptione obliteratum & indolem *chirographi* induit ac arreſtum perſonale *non amplius idem comitatur*, tunc nihil obſtat, quominus dici poſſit: *cambium nunc in mutuum eſſe transformatum*, quia nunc agitur *ex chirographo* debiti. BARTH. *l. c.* p. 856.

§. 67.

§. 67.

Si Regio rescripto terminus solutionis prorogatus est, a termino prorogatione denuo statuto præscriptio currere incipit, cum alia ratione Principis prorogatio, quæ tamen lex est, *L. ult. C. de LL.* deterioris conditionis esset, quam partium.

§. 68.

Quando solutionis dies *incertus* statutus, vel ita conventum fuit, ut *post creditoris admonitionem* debitum cambiale, v. gr. *intra mensem* solvatur; tunc terminus solutionis initium capit a tempore, quod in admonitione creditoris constituitur. Nullo plane solutionis termino statuto, nulla quoque præscriptio currit, actioque erit *perpetua*, cum instituï possit, quando actori aut ejus heredibus lubet, modo *intra triginta annos* moveatur contra bonæ fidei possessorem. *Vid.* Græven disp. de *Exceptione præscripti cambii* §. 8.

§. 69.

Prolongatio cambii inter omnes, qui cambii vel *proprii* vel *trassati* obligatione sibi invicem devinxerunt, atque adeo etiam inter indossatarium & indossatum debitorem fieri potest, modo tempore prolongationis faciendæ se cambialiter devincire jure gaudeant. Ill. Kapff disp. de *Prolongatione cambii*.

§. 70.

Quum agere non valenti non currat præscriptio §. *fin. C. d. annali exceptione*; facile perceptu est, præscriptionem cambiorum incipere *vel* a die solutionis, siquidem ab hoc tempore creditor in mora exigendi constituitur; *vel*, si sponte facta est prorogatio a tempore prorogato. (*) *Vide* Küstneri *disp. cit.* §. 41. *& 44. vel*, ubi *dies indu-*

induciarum seu *discretionis*, *Respit-* *Täge* indulgentur acceptanti, demum præterlapsis illis diebus.

(*) Facile quidem a creditore fieri potest prorogatio in cambiis *propriis*, difficilius autem in cambiis *trassatis*, quia præsentans vel indossatarius inducias indulgere nequit, nisi periculo suo, iisque concessis, destituitur regressu adversus trassantem vel indossantem. Quod si enim non consentiente *trassante*, præsentans, vel non consentiente *indossante*, indossatarius prorogationem termini trassato vel indossato indulget, salvo negotio, regressum adversus trassantem vel indossantem amittit. *Ord. Würtemb. Camb. cap.* 4. §. 26. *Ill.* SCHOTT *in Not. ad Siegelii Introd. Camb. p.* 76. *&* KAPFF, *disp. cit. p.* 7.

§. 71.

Trassans similiter acceptanti absque præsentantis consensione nullam indulgere potest prolongationem. Jus enim ex litteris collybisticis competens remittenti aut campsario est quæsitum, & unilaterali trassantis prolongatione differri nequit. HERM. BECKERI *disp. de litteris cambialibus, earumque prolongatione.* §. 21.

§. 72.

Prolongationem vere talem, cambio dumtaxat præscriptionem admittentia recipiunt; quodsi autem 1.) in territorio cambia perpetuam obligationem producunt, uti de *Bononia* testatur FRANK. Inst. J. Camb. L. II. Sect. 4. tit. 3. §. 1. p. m. 128. ibi enim nullius temporis lapsus cambium extinguit. Ord. Camb. Bononiensis art. 5. ita disponit: wieder besagte wirkliche Wechselbriefe soll keine Verjährung der Zeit lauffen. *Vide* SIEGEL. Corp. Jur. Camb. P. I. p. 505. Idem & dicendum videtur de *Ord. Camb. Augustana Vindelicorum.* Vid. *supr.* §. 59. II) Si creditor litteras ante lapsum fatalis i. e. præscriptionis in judicio producat, præscriptio interrumpitur. III.) Si quæstio sit de Cambiis *a Vista* (nach Sicht) nondum præsentatis, exulat quoque prolongationis necessitas. KÜSTNER *disp. cit.* §. 32.

§. 73.

§. 73.

Cambia ab initio rite conscripta & data valide dumtaxat prolongari possunt; si vero formulis adeo necessariis destituta v. gr. sine *scriptura*, vel carent voce *Wechsel*, vel si in certis locis verbo *valutæ* non instructa, licet debitor consentiente creditore subnotaverit prolongationem alioquin consueta formula: *Prolongirt auf - - &c. verlängert bis Martini - -* nullum plane effectum, si vim cambii spectes, producet hæc prolongatio. Quodsi vero prolongandi animo novas, easque omnimodo legales litteras cambiales dederit debitor, tunc istæ valebunt, non ut prolongatæ, sed ut novæ. Idem dicendum, si major vel sui juris factus, litteras, quas minor adhuc vel filiusfamilias dederat, prolongando adprobaret. Facta enim prolongatione *exceptioni deficientis habilitatis* personæ, quam alias objicere potuisset, renunciavit, & nunc etiam *cambialiter* obligatur, uti solide deduxit eruditissimus Sixt. Jac. Kapff *disp. de prolongatione cambii* §. 4. Novatio autem tunc fieri videtur, I.) si creditor, qui conservandi rigoris cambialis causa novas litteras sibi dari curat, priorum solutionem, apocha data, vel litteris subnotata, acceptam referat. Specialiter enim verbisque expressis, uti in *Lege 8. §. 3. c. 3. de Novat. & deleg.* est, priorem obligationem remisit. *Vid.* Kapff. *disp. cit. §. XI. p. 26.* II.) Si tales cum prolongationis modo & actu conjunctæ sint facti circumstantiæ, quæ novationem non possunt non inducere. Si enim prior obligatio & posterior inter se pugnant & sine contradictione vtraque simul consistere nequeat, tunc alterutra necessario dimittenda, nemini potest esse obscurum, quia prior potius, quam posterior dimissa esse videtur. b. Crell. *disp. animo novandi factis expresso. §. 4. Dn.* Kapff. *disp. cit. §. 10. p. 23. 24. & 25.*

§. 74.

Quibus casibus *novatio* intuitu *valutæ* mutatæ, vel minus interveniat, prorogatione cambii facta, sigillatim delineatur in Dn. Kapff. disp. de *prolong. cambii* §. XI. p. 26. & 27.

§. 75.

§. 75.

Ex cambio a defuncto legitime prolongato *heredes*, qui adierunt hereditatem, uno eodemque prorsus modo tenentur, quo secundum cujusque loci leges ex cambio defuncti intra legitimum tempus conveniri possunt. Hinc ubi locorum rigor cambialis *personalis* etiam *contra heredem* viget, ibi etiam heres carceri includitur v. gr. in provinciis *Borussicis* ac *Brandenburgicis*, *Saxo-Altenburgicis*, in terris *Wirtembergicis* & *Brunsvicensibus*; ubi autem arrestum *personale* adversus heredem exulat, ibi executio in bona tantum hereditaria adversus heredem admittitur. Uti heres acceptare cambium in defunctum trassatum potest, ita & idem quoque *prolongare* permittitur.

§. 76.

Milites contra lapsum præscriptionis, modo ob necessariam militiæ causam abfuerit, restituuntur in integrum. BARTH. *Hodeg. Forens.* cap. IV. §. 23. lit. b. p. 854.

§. 77.

Quum in hac præscriptione litterarum cambialium saltem *termini lapsus* attendatur, quem lex præfixit, eamque non impedit *mala fides*, licet tempore belli, si revera justitium fuerit, atque judicis copia defecerit, quiescat. KÜSTNERI disp. cit. §. 48.

§. 78.

Quodsi debitor *post præscriptionem jam completam* litteras cambiales cognoscat, hæc agnitio non obest, sed præscriptio inconcussa persistit. BERGER. *El. Disc. Forens.* p. 391. EJUSD. *Resol. Lauterb.* p. 787. interim tamen, licet *personalis* arrestatio cesset; *agnitio* earum tanquam *chirographi* in considerationem venit, ut debitor cambium, ut chirographum agnoscere teneatur, nec impedire possit, quominus creditor talem recognitionem solemnissime acceptet, & judex debito-

debitorem non cambio, *sed chirographo* condemnet. Dissentit quidem Küstner. disp. de *mensirua & annali præscriptione* §. 39. p. 64. Sed eo tempore, cum iste conscriberet istud opusculum, §. 16. *Adpend. Ord. Proc. Sax. Elect.* nondum publicatus erat, aliarumque ordinationum constitutiones, quæ cambia præscriptione obliterata tanquam *chirographa* considerari ac adplicare jubebant, etiam facile ignorare potuit, Siegelii *Corpore Jur. Camb.* nondum juris publici facto.

§. 79.

Utut cambium præscriptione vigorem cambialem amiserit, judex tamen ipse exceptionem *præscriptionis* ex officio supplere non tenetur nec debet (*). Omnes enim exceptiones a parte sunt allegandæ, nec judex nisi imploratus officium impertiri solet, atque adeo exceptiones non allegatas ex officio supplere non obstringitur. Martini ad *Ord. Proc. Sax.* Tit. XI. §. V. n. 6. & 7. & §. 7. n. 5. Imo præscriptio non ipso jure, sed ope exceptionis actionem tollit. L. 11. C. de *præscript. long. temp.* L. 8. §. 1. C. d. *Præs. 30. vel 40. ann.* & C. 6. *sub fin. X. de præscript.* Quapropter non inique censetur, reum, qui exceptionem præscridtionis non opponit, sed cambium ptoductum recognovit, *agnovisse debitum*, atque adeo judicem, tunc limites sui officii excederet, si vellet absolutoriam pronunciare sententiam, contra debitoris intentionem, in primis, cum per hanc exceptionem saltem modus agendi & rigor *cambialis* præscriptione obliteretur; salvo autem jure debitum alio modo prosequendi. *Vid.* Gottfr. Wilh. Küstneri disp. de *mensirua & annali præscriptione litt. camb.* §. 33. p. 55. sq. Jo. Maxim. Raumburgeri *Grundveste von Wechsel- und Commerz-Sachen* cap. 57. §. 14. p. 687. Koenigk. ad *Ord. Camb. Lipsiens.* §. 32. p. 103. Verba *Scabin. Lipsiens.* sententiæ, quam Küstner. disp. cit. §. 51. p.m. 80. protulit, ita enunciant: Die Præscriptio annalis gehet das Vinculum obligationis keinesweges an, so wenn diese aus einem andern Document oder sonsten beyzubringen, der Debitor Zahlung zu leisten allerdings verbunden bleibet, die wider Wechselbriefe gültige Exception der Forderung selbst nicht im Wege stehet. Lex enim

publica, quæ post certum temporis lapsum litteris cambialibus omnem, etiam simplicis Instrumenti obligatorii vim denegab, regulariter tantum de *modo probandi*, non autem *de ipsius actionis* præscriptione intelligi debet. *Vid.* Lib. Bar. de WERNHER. *Em. Jur.* Enunc. 383. p. 702. SIEGEL. *Introd. J. Camb.* c. 4. §. 10. not. ** p. 52.

(*) Dissentit SIEGEL. ad *Ord. Camb. Lipſ.* §. 32. not. 11. p. 55. in *Corp. Jur. Camb.* & in EJUSD. *Einleitung zum Wechſelrecht* §. 10. n. * p. 52.

§. 80.

Licet litteræ cambiales ad *compensationis*, *solutionis* exceptionem a reo adhiberi queant; in casu tamen, cum jam præscriptæ fuerint ad excipiendum adhiberi non poterint, præscriptione peracta ad excipiendum, *a. L. 1. ff. de Exceptionibus.* KÜSTNER. disp. *cit.* §. 56. LUDOVICI *Proc. Camb.* cap. XI. §. 25. Interim tamen, ubi cambia tantum, *ut cambia præscripta* adhuc ut chirographa valent, ad excipiendum omnino usui esse possunt, aliud dicendum est. Quamvis enim rigor cambialis *per annalem præscriptionem* sublatus sit, adhuc tamen ut *chirographum* multis in locis ad excipiendum prodesse constat; veluti ad fundandam exceptionem v. gr. *compensationis*. E. gr. Ego teneo cambium præscriptione *obliteratum*, jam meus debitor ex alia causa contra me experitur; tunc possum ipsi objicere exceptionem *compensationis*, eamque probare per litteras cambiales, quas nunc tanquam chirographum produco, & ille agnoscere tenetur.

§. 81.

Licet jus cambiale litterarum præscriptione extinctum sit; *clausula* tamen *hypothecæ*, quæ eas alicubi comitatur, non simul extincta videtur. (*) Nam quamquam debitor ad recognoscendum cambium præscriptione oblitteratum, ut id *tanquam cambium* agnoscat, cogi nequeat; nihilominus tamen hodie certis in judiciis tenetur, ut id

tanquam

tanquam chirographum cognoſcat, atque, hoc deficiente, debitum ipſum ejus conſcientiæ committi & deſuper jusjurandum deferri poterit. *Vid. Dn.* KAPFF. *diſp. de Prolongatione cambii* §. *9. & 12. p. 21. & 29. ſq.* KÜSTNER. *diſp. cit.* §. *36. p. 58.*

(*) Quod tamen de illis locis intelligendum eſt, ubi *tacita hypotheca* litteris cambialibus lege tribuitur, uti in *Ducatu Würtembergico & Ducatu Brunſuico* vel eadem iſtis adjecta aliquid operetur. Vide *Ordin. Camb. Sileſiaca d. ao.* 1738. §. 7. SIEGEL. *Corp. J. Camb. p.* 312. In *regno Sueciæ* art. 26. cambia etiam prælatione fruuntur.

§. 82.

Præſcriptiones, quibus traſſatæ & acceptatæ litteræ cambiales, ſed deinde ſolutione minus honoratæ poſt lapſum *intra quatuor hebdomades*, vel *ſex* vel *menſem*, *ſeptimanas* vel *alio* quoque *brevi præſcriptionis tempore* vim cambialem amittunt, de hoc caſu tantummodo ſunt intelligendæ, ſi *præſentans adverſus traſſatum* vel alias *concurrentes perſonas* ad ſolvendum litteras acceptatas actione experiri velit; quodſi tunc actionem adverſus traſſatum vel alios excitet, huic vel his *ad exceptionem præſcriptionis* provocare integrum eſt. *Vid.* LUDOVICI *Proceſſ. Camb. cap. XI.* §. 7. RAUMBURGERI *Grundveſte in Wechſel- und commercien-Sachen Cap. 37.* §. *4. & 6. p. 682. ſq.* Et extra hunc caſum communi præſcriptioni actionum ex contractu ſcilicet *triginta annorum* adhuc locus datur. *Vid.* Jo. LUD. SPAN. *der Stadt Frnckf. Wechſel-Recht cap. XVII.* §. 116. p. 200.

§. 83.

Quodſi autem traſſatus acceptationem litterarum collybiſticarum denegat, præſcriptio *quatuor hebdomadum*, *menſis*, *ſex ſeptimarum*, vel alterius temporis, quo adverſus cambia traſſata præſcriptio alicubi obtinet, locum non invenit. Neque ſi traſſatus l. indoſſatus qui cambium ſolvit & contra traſſantem vel indoſſantem agere intendit ad pecuniam pro eo exſolutam reſtituendam,

sed his casibus non nisi præscriptio ordinario locum habet. KÜSTNERI *disp. cit.* §. 11. & 12. LUDOVICI *Prov. Camb. c. XI.* §. 7.

§. 84.

Quamvis enim res cambiales quanto citius & sine ambagibus sint expediendæ, etiam præscriptioni intuitu trassatarum vel indossatarum litterarum cambialium brevius tempus in universum sit destinatum; non est tamen dubium, quin si acceptatio litterarum collybisticarum *per honor di lettera* sit facta, & Pecuniam *intra quatuor hebdomades, &c.* domi acceptantis *non repetat* præsentans, jus cambiale trassatorum cambiorum præscriptione extinguntur. *Vid. Ord. Camb. Lipsi §. 17. p. 55.* Hæc tamen *præscriptio quatuor hebdomadum* non obstat *in honorem acceptanti*, quominus ipse regressus adversus trassantem vel indossantem, in cujus honorem acceptavit, pateat, siquidem tunc præscriptio *triginta annorum anni & dies Saxonici* demum obtinet. *Vid.* SIEGEL. *Einleitung zum Wechsel-Recht Cap. VI. §. 5. (*) p. m. 164.*

§. 85.

Quæstio nonnunquam incidit, quo tempore ex cambio *proprio* adversus indossantem instituendus regressus, si debitor solutionem haud præstet, extinguatur? Respondetur, intra quod tempus a Datore cambii proprii idem præscribitur, eo etiam regressus adversus indossantem præscriptione tollitur, nam ex cambia una saltem actio oritur, etsi eadem adversus diversas personas moveri queat. SIEGEL. *Einleitung zum Wechselrecht* cap. 4. §. XI. p. 52. Dator enim cambii est persona *principalis*, indossantes autem personæ necessariæ; nunc autem juris est expediti, ut, si debitor *principalis* ab obligatione immunis sit, etiam personæ *accessoriæ* eo ipso liberentur. *Vid.* J. E. B. *gründlicher Unterricht in Wechselsachen* cap. 2. fr. 13. 25.

§. 86.

Quodsi indossatarius in eo sit statu, ut omnia, quæ ad regressum necessaria sunt, in continenti demonstrari queant, adversus indossantem *intra annum & diem Saxonicum* actio instituenda & recognitio productorum petenda est; Si vero non omnia requisita ad regressum sumendum necessaria in continenti deduci possint, tunc indossatarius processu ordinario agere tenetur. *Vid.* Koenigx. *Annot. ad Ord. Camb. Lipsiens.* §. XII. p. 39.

§. 87.

Cautio propter indemnitatem litterarum cambialium *perditarum* præstita ad tempus præscriptioni debiti cambialis destinatum saltem durat, adeoque perdito cambio acceptato præsentans cavet *ad IV. hebdomades.* Ludovici *Proc. Camb.* cap. IV. §. 29. p. m. 80. quia omnia cambia *trassata* post lapsum *IV. hebdomadum* pro solutis habentur. *Ord. Camb. Gedanæ* art. 36. *Ord. Lips. Camb.* 32. *Altenb.* §. XI. in Siegel. *Corp. Jur. Camb.* p. 183. *Ord. Camb. Vinariensi* §. 7. *O. C. Gothan.* §. XI. post *mensem* in Ducatu Guelpherbytano art. 45. Quoad cambia *propria Lipsiæ* ac *Gedani* non solum, sed & inter *Guelpherbytanos* præterlapso *anno & die* i. e. sex septimanis ac triduo; in terris *Saxo-Altenburgicis* cap. 5. §. 9. & *Gothanis* §. XI. cambia *propria* demum post *triennii* decursum præscribuntur, ergo *cautio indemnitatis* ibidem quoque tamdiu durat. *Vid.* Dn. Uhlii *Cont. I. Corp. Jur. Camb.* Siegeliani p. 55. *Conf.* Franck. *Inst. Jur. Camb.* L. II. Sect. 3. tit. 4. §. 4. lit. a. & b. p. m. 95. J. E. B. *Unterricht von Wechselsachen* cap. 7. qu. 14. p. 102. Sed hanc cautionis *indemnitatis præscriptionem* aliorum censuræ & judicationi ego in præsenti relinquo. Nam etsi vigor cambialis intra illud tempus evanescat; obligatio tamen debiti continuat ac subsistit, donec eadem ordinatio præscriptione tandem aliquando extinguatur. Quodsi autem cautio ad tempus juris cambialis adstricta, tum non est dubium, quin cum triennio &c. evanescat.

§. 88.

In cambiis etiam *usuras* per *anatocismum*, quo creditor ab uno eodemque creditore vsuras vsurarum accipit, in sortem redactas, ultra alterum tantum currere, asserit quidem GODOFR. BOENICK. in *Digestis Tit. de Usuris* §. 20. p. m. 696., quem & Jo. PHIL. STREIT. in *positionibus miscellaneis ex jure cambiali Saxonico* §. 20. p. 14. sequitur. Verum enim vero, si intra tempus litteris collybisticis præscriptum cambium non exigatur, tunc jus cambiale omnino præscriptione extinguitur ac litteræ cambialis *in chirographum* transeunt; ergo debitum ipsum non secus quam *mutuum* consideratur; proinde *cursus usurarum* ultra alterum tantum, & per anatocismum in aliquem licitum in sortem redactarum, figmentum erit, nisi in terris, ubi usuræ ultra alterum tantum indistincte currunt & exigi possunt, sive annuatim sive distinctis temporibus solvantur. *Vid. Decis. Sax. Elect.* 29. ibique PHILIPPI Obs. I. p. 515. sqq.

§. 89.

Licet jus cambiale litterarum interventu *præscriptionis annalis* vel *triennii quadrienni* &c. ratione arresti *personalis* extinctus fuerit; earum tamen jus in reliquis salvum manet, atque adeo, *usuræ sex pro cent*, quæ in cambio *nunc præscripto* promissæ tamdiu continuant, donec debitum restitutum fuerit; Ill. HOMMEL. *Rhapf.* Obs. 91. quodsi *minores* usuras v. gr. *quinque* pro cent pollicitus sit debitor, etiam hæ saltem exsolvuntur. *Vid. Rescriptum Sax. Elect. d. 16. Jun. 1768. in Fortsetzung des Churſächsischen Cod. Augusti* p. 1143.

§. 90.

Si jus cambiale tessarum collybisticarum præscriptione extinctum sit, actio quidem *privilegiata* cessat; *attamen actio ordinaria* adhuc salva est. *Vid.* SIEGEL. *fürsichtiger Wechsel-Gläubiger* p. 15. lit. n. Et *Dn.*

SCHOT-

Schotti *edit. p.* 130. & 143. Proinde ex rebus mercantilibus inter mercatores post finita præscriptionis tempora non aliter nisi *ordinario processu* agi potest. Hommel. *Rhapf. Obf.* 91. *p.* 80.

§. 91.

Cum dies solutionis cambiorum in Nundinis *Paschalibus* & *St. Michaelis* Lipsiæ inter mercatores dies Jovis *septimanæ solutionis* distinatæ der Donnerstag in der Zahlwoche; nundinis autem *Novi anni quintus dies* ejusdem hebdomadis, inclusо die, quot præterlapsa nundinarum septimana, nundinæ per campanæ tinnitum fuerunt finitæ, per expressa *Art.* 14. *Ord. Camb. Lipf.* & *Resc. Elect. Saxon. d.* 4. *Sept.* 1669. *art.* 2. verba; Nachdem die Handelsleute &c. ad præstationem solutionis definitus fuerit; merito ab ipso & quidem ab hora 10. vespertina menstruum & annale præscriptionis tempus, quia de momento in momentum currit. Caroz. *P. I. Const.* 16. *def.* 8. *n.* 4. computandum arbitrantur JCti. *Vid.* Küstneri *disp. cit.* §. 42. *p.* 70. *sq.*

§. 92.

Si cambia nundinalia Brunsuigæ vel ad secundam nundinarum septimanam vel ad *nullam* fuerint destinata, tunc terminus solutionis *ultimus* est dies *Veneris* & *Saturni*, post lapsum hujus termini adversus morosum cambialem debitorem jure cambiali agi oportet. *Vid. Braunschweig. Wolffenbütl. Verordnung die Einrichtung des Gros- und Detail Handels auch Zahlung der Wechsel &c. Betr. d.* 5. *Febr.* 1768. *in* Uhlii *Cont. III. Corp. J. Camb. Siegeliani p.* 65. *ubi* §. 17. ita sancitur: 3) Wenn aber in denen Wechseln die Zahlung auf die zwote, oder auch auf keine Messwoche bestimmet worden; so soll für solche alsdenn gleicher Weise der *Freytag* und *Sonnabend* nach Mittag in der *zweyten Meßwoche* pro ultimo termino præfigiret seyn; nach Ablauff dieser Zahlungs-Termine aber gegen die säumigen Wechselgläubiger

nach

nach Wechsel-Recht verfahren werden. Si actionis institutio cambialis omittatur, initium facit cursus præscriptionis.

§. 93.

Jure FRANCOFURTANO cambiali secundum §. 19. litteræ cambiales tempore *nundinarum* acceptatæ, sed non destinato tempore solutæ; die solis in hebdomade solutionis, actutum, quando mercatores ex *Boer* se discedunt, vel post meridiem ab hora secunda usque ad occasum solis a Notariis collibisticis ad instantiam creditoris vel præsentantis *protestatio* vel *Notatio est interponenda*, eaque cum cambio ad remittentem vel indossantem remitti debet. Quodsi hæc a præsentante non observentur, ab occasu solis termini solutionis currere videtur præscriptio, nisi protestatio eam arceat. *Vids Dn.* UHLII *Cont. I. Corp. J. Camb.* SIEGELIANI p. 79.

§. 94.

Prorogatis vero nundinis, omnino etiam termini tesserarum cambialium præsentationis, acceptationis & solutionis prorogati esse censentur, atque adeo debitor non prius, quam *prorogatione* termini solutionis *elapsa*, cambium solvere tenetur; proinde hoc casu etiam præscriptionis fatale post illum prorogatum solutionis diem *initium* capit. KÜSTNER. *disp. cit.* §. 43.

§. 95.

Si non nundinæ fuerint prorogatæ, sed saltem *dies solutionis*, tunc *dies solutionis* tantum modo prolongatus censetur, hinc protestatio propter non subsecutam solutionem, quam illo prorogato die præterlapso locum habebit, ac consequenter *præscriptionis computatio* demum finito illo

illo termino ſuſcipienda erit. Caſum de ultimo ſolutionis termino prorogato ſiſtit KÜSTNER *diſp. cit.* §. 44.

§. 96.

Quum autem cuilibet favori pro ſe introducto renunciare permittatur, conſequitur, nihil obſtare, quo minus a debitore etiam pacto renunciari poſſit præſcriptioni. *L.* 29. *C. de Pact. Vid.* J. F. FITZHOFER *diſp. de renunciatione præſcriptionis* §. 8. WILDVOGEL *Reſp.* 179. *n.* 3. Jure itaque conſtat, præſcriptionem plane non currere, modo expreſſis verbis illi renunciaverit debitor, per *L.* 4. §. 4. *ff. ſi quis caut.* MENCKEN *Pand. Lib.* 44. *Tit. I.* §. 27. Quæ autem renunciatio plerumque his fit verbis: Leiſte zu geſetzter Zeit contente Bezahlung, in deren Entſtehung aber ſoll mich weder die Præſcription, noch eine anderwärtige Ausflucht von meinem Wechſel oder Obligation liberiren, tunc creditori præſcriptio opponi nequit. Proinde jurisconſulti hanc creditori ſuppeditant cautelam, ut curet, quo debitor in cambio proprio exceptioni præſcriptionis renunciet. BERGER, *El. D. Forenſ. p.* 381. Sed hanc renunciationem in *propriis* ſolummodo *cambiis* locum habere, facile intelligitur. *Vid.* KÜSTNERI *diſp. cit.* §. 56. 57. *p.* 84. STRYK *Caut. Contr. S. I. c.* 5. §. 25. *Sect. II. Cap. VIII.* §. 57. SIEGEL *Fürſichtiger Wechſel-Gläubiger P. I. c.* 3. §. 17. *n.* 4. *ibiqu. Dn.* SCHOTT. Utuntur & hac formula: Begebe mich aller Meſs- und anderen Freyheiten aller Orten, ſowohl aller Wechſel-Verjährung oder Præſcription des Wechſel-Rechtes, ſo nach Leipziger und anderer Orten Wechſel- und Gerichts-Ordnungen eingeführet. *Vid. Dn.* AUG. FRID. GREEN. *Senat. Lipſ. progr. egregie elaboratum de Renunciatione præſcriptionis in Cambio. Lipſ.* 1777.

§. 97.

Litteræ cambiales, quæ *a Uſo*, oder auf Sicht, oder Nachſicht, *a dato*, *a Viſta*, & *medio menſe* ſolvendæ, & quæ in alios traſſantur, initium præſcriptionis diverſis temporibus capiunt.

§. 98.

In litteris cambialibus *a Uſo* LIPSIÆ ſecundum *Ord. Camb. §. XV.* poſt *quatuordecim* demum dies, a die acceptationis computandos, incluſis diebus feriatis, terminus ſolutionis adeſt, quo præterlapſo curſus præſcriptionis etiam incipit. Idem tempus *quatuordecim dierum* etiam obſervatur in terris *Brandenb. Ord. Camb. d. ao. 1724. art. 27. & Ord. Camb. d. ao. 1751. art. 35.* ap. UHLIUM *Cont. I. c. §. Camb. p. 9. Vratislaviæ §. 15. Brunſuigæ* art. 22. *Bremæ, Dantiſcæ §. 39. Coloniæ, Hamburgi* art. 22. *Argentorati, Viennæ* art. 16. *Saxo-Altenburg.* art. 7. *Gothan.* art. 7. *Vinariæ* art. 9. *Francofurti §. 12.*

Quindecim autem *dies S. Galli Fanum* exigit, *Genua, Neapolis, Norimbergæ Cap. 3. §. 1. Auguſta Vindelicorum Cap. 2. §. 1. & Boruſſica. Vid.* UHLII *Cont. Corp. §. Camb. p. 9. art. 35. not. (*).*

§. 99.

Quodſi vero litteræ Cambiales *auf 4. 8. oder 14. Tage Sicht* oder *Nachſicht* conſcriptæ ſint, a die quidem *poſt acceptationem*, diebus quoque feriatis computatis, terminus ſolutionis poſt finitos illos in cambio expreſſe indicatos dies exiſtit, atque adeo hoc termino præterlapſo demum præſcriptio currere incipit. Nam a primo poſt acceptationem die initium capit præſcriptio. *Ord. Camb. Lipſ. §. XV.* E. g. Si *Hanſius* ad *Cajum* litteras dederit cambiales, ut *Auguſto* ſolvat poſt dilationem 8. oder 14. dierum Sicht oder Nachſict centum Joachimicos, *Cajus* quoque primo die Maji easdem ab *Auguſto* præſentatas acceptaret, tunc quæritur: quinam dies an 8. vel 14. an vero 9. vel 15. dies Maji pro termino ſolutionis præſtandæ ſit habendus? & reſpondetur: 9. vel 15. diem ejusdem menſis pro termino ſolutionis conſtitui debere, *dies* enim *acceptationis* non computatur, inde ſequitur, ut non prius quam finitis iſtis 8. vel 15. diebus præſcriptionis curſui locus detur. *Altenburg. Ordin. Camb.*

Camb. Cap. 3. §. 1. p. 12. Bremer Ord. Camb. Art. XXXII. & XXXIII. Königl. Preuſſiſche Wechſel-Ordn. art. 34. & 36. Vratislav. O. Camb. §. 16. Goth. O. Camb. §. VII. Hamburg. Ord. Camb. XXII. Norimberg. O. C. cap. 3. §. 5. Vinariensis O. Camb. §. 9. Jure cambiali Brunſuicenſi art. XXVII. hæc *ſingularis* diſpoſitio præſcribitur. Lautet er (der Wechſel) aber *etliche Tage* und *Wochen Sicht* oder *Nachſicht* oder *a Uſo*, wie in dem *XXII. artic.* vermeldet worden; ſo iſt die Zahlungszeit von dem erſten Tage nach geſchehener Acceptation an- (Sonn- und Feſt-Tage mit eingeſchloſſen) zurechnen, und alſo wenn z. E. ein Brief, der auf 4. oder 14. Tage Sicht oder Nachſicht geſtellet und den 12. Aprilis acceptiret oder datiret worden, der 17. April, und alſo auch bey *halb*, *ganz* oder *doppelt* Uſo allemal der folgende vor den eigentlichen Verfalltag zu halten. *Brunſuicenſi* ordinationi ratione ſubſequentis diei etiam adſtipulatur *Ordinatio Regio-Boruſſica Ord. Camb. §. 16. & Dantiſcana art. 9.*

§. 100.

Secus autem ſeſe res habet in cambio *a dato vel nach dato* (quod vero unum idemque eſt) exhibito, tunc fatale ſolutionis non a die acceptationis, ſed potius *a proximo ſubſequenti* die, quo cambium ſcriptum & datum fuit, eſt computandum. Dicitur enim §. *XV. Ord. Camb. Lipſ.* Wenn der Brief *a dato*, oder *nach dato zu zahlen* geſtellet iſt, ſo wird die Verfall-Zeit *nicht von der Acceptation* an, ſondern von dem *nächſtfolgenden Tage*, an welchem derſelbe datiret, angerechnet. Adeoque præſcriptio in eo non prius, quam præterlapſo illo die ſolutionis initium nanciſci poteſt. Vid. *Ord. Camb. Altenburg. cap. 3. §. 1. p. 12. Bremenſ. art. 36. Brunſuicenſis art. 29. Königl. Preuſſ. W. Ordn. art. 33. Colonienſ. §. 2. Dantiſc. art. 19. Gothan. §. 7. Norimberg. cap. 3. §. 1. Viennenſ. art. XVI. Vinariensis Ord. Camb. §. 9.*

§. 101.

Si cambium *medio menſe* ſolvi debeat, tunc dies *decimus quintus* eſt ſolutionis faciendæ dies ſecundum inſequentes Ordinationes cambiales, *Altenburg. §. 7. Auguſtanam O. Camb. cap. 2. §. 3. Brunſuic. art. 19.*

19. *Bremenſ. art.* 37. *Gothan.* §. 7. *Hamb. art.* 23. *Norimberg. cap.* 3. §. 2. *Palatinam Elector. Juliac. & Bergenſ., art.* 29. *Univerſ. Boruſſic. art.* 29. *Viennenſ. art.* 18. Aſt *Lipſienſis* ab his diſcedit pro medio menſe diem *decimum quartum* §. 15. *Ord. Camb.* conſtituens. Proinde præſcriptio in his litteris, vel *poſt decimum quintum* vel *decimum quartum* diem menſis, etiam curſum *pro diverſitate legum cambialium* incipit.

§. 102.

Litteræ autem cambiales *a Viſta* vel *ſtracks Auffſicht* nuncupatæ ſtatim facta præſentatione & in continenti ſubſecuta acceptatione, vel ad minimum *intra proximas* 24. *horas* ſolvi debent ſecundum *O. Camb. Lipſ.* §. 15. proinde etiam exiſtimarem, præteritis iſtis 24. horis, ſtatim præſcriptionem currere incipere.

§. 103.

Contrahentes, qui præſcriptioni locum ope pacti denegant, *non de immemoriali*, ſed de præſcriptione *ordinaria* ſenſiſſe videntur, niſi & illam nominatim removerint. WERNHERI *Enunc. Juris Eu.* 319. *p.* 631.

§. 104.

Quum opuſculo finem imponamus, ſub eo id precamur, ne lector cultiori latinitati adſuetus nobis ſuccenſeat, de præſcriptione litterarum *cambialium* ad mercatores & negotiatores præcipue pertinente, vocibus cambiantium etiam viſis. Licet enim barbariem non affectaverimus; a vocabulis tamen in hac negotiatione jam ſemel uſitatis, non abſtinendum cenſuimus. Non magis enim intelligerent ii, quorum maxime intereſſe videtur hæc legere, ſi vocabula collybiſtica alia ac puriora conquiſiviſſemus, quam nunc fortaſſe nos perciperent, qui his ſacris non ſunt initiati. Cæterum noſtrum eſt, Deo votivam ſuſpendere tabulam, eique totius, ſi qua futura eſt, vitæ noſtræ ſtudiorumque rationes votis incitatiſſimis commendare.

TANTVM.

ERRATA TYPOGRAPHICA.

pag. 18. lin. 23. & 24. leg. *hæc enim communis Dd. opinio neque.*
pag. 34. lin. 1. leg. *utrumque creditorem & debitorem eſſe.*
pag. 35. lin. 2. leg. *expectamus.*
pag. 44. lin. 4. leg. *annum.*

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

CHRISTIANI GOTTLIEB RICCII
PROFESSORIS JURIS ORDINARII
GOETTINGENSIS

EXERCITATIO
JURIS CAMBIALIS
SEDECIMA

DE

LITTERARUM CAMBIALIUM AMISSIONE

LEGIBUS IPSIS CAMBIALIBUS ILLUSTRATA.

Seneca.
Nemo tam circumſpectus cujus non
diligentia ſibi ipſi aliquando excidat.

GOETTINGÆ,
APUD VICTORINUM BOSSIEGELIUM
MDCCLXXXI.

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

SYNOPSIS

De Litterarum Cambialium amissione

§. 1. Si cambium *proprium* amissum, cujus debitum debitor confitetur vel probatur; debitor, cautione futuræ indemnitatis a creditore præstita, solvere tenetur.

2. De personis & tempore, quo litteræ cambiales amittuntur.

3. Cambio *Norimbergæ* amisso debitor aliud cambium suppeditare obligatur, modo hic *reversales* a creditore nanciscatur.

4. In Electoratu *Palatino*, Ducatu *Juliacensi ac Bergensi* cambiis *casu* vel *furto* amissis, debitum debitore vel acceptante confitente, vel creditore probante, præstita cautione sufficiente, est solvendum.

5. *Traſſato* cambio forte amisso, acceptans vero debitum *confitens*, cautione sibi constituta, solvere tenetur; si vero acceptans solvere tergiversetur; protestari debet præsentans. Quid faciendum, si acceptans cambii receptionem forte deneget? Quid si cambium culpa *præsentantis* perierit?

6. Si cambium remittendum *in via* vel *alio modo* pereat.

7. Quid si *secundum* adsit cambium primo *amisso?* Si primum acceptatum & *secundum* periit.

8. Si *retromissum* cambium cum protestatione *in via* casu fortuito pereat.

9. Cambio penes *remittentem* deperdito, quis damnum ferat?

10. Protestatio est interponenda, si acceptans neque solvat, neque deponat debitum.

11. Cam-

11 Cambio ante vel *post acceptationem* amisso, ei, qui id amisit, incumbit, amissionem vel remittenti vel præsentanti vel acceptanti indicare, ne *falsario* solvatur. Cambio *post acceptationem* amisso, erga instrumeutum *mortificationis* creditori est solvendum, Jure *Regis Borussiæ*.

12. Jus camb. *Silesiacum* etiam agit de cambio amisso.

13 Neque Jus Camb. *Bohemicum, Austriacum & Viennense* tacite prætermittunt cambium amissum.

14. *Norimbergense & Monachicum* Jus cambiale idem sauxerunt de cambiis amissis,

15. Jus Cambiale *Augustanum Vindelicorum* de tesseris collybisticis amissis quoque constituit.

16. *Hamburgense jus Camb.* de casu *amissi* cambii distincte agit, ubi & cautela indicatur.

17. *Jus Camb. Bremense* de amisso & ab acceptante vel indossato *jam agnito* cambio etiam solvendo, præstita cautione a creditore agit.

18 Idem quoque jure cambiali *Lipsiensi* saucitum deprehendimus.

19. Idem & jure *Dantiscano* de acceptatis & amissis cambiis ordinatum.

20. Jure cambiali *Elbingensi* circa cambia amissa & ab trassato l. indossato acceptata a præsentaute omnia a lege ipsi præscripta curate sunt observanda, si pecuniam nanciscí velit.

21. Jus Camb. *Guelpherbytanum* de cambiis amissis & jam acceptatis breviter agit.

22. Jus Camb. *Würtembergicum* de cambiis amissis varias decisiones pro diversitate casuum dilucide proponit.

23. Jus Camb. *Vinariense* de cambiis ab indossato vel trassato jam acceptatis deinde amissis presse agit.

24 *Gothanum* casum cambii abs trassato vel indossato *confessi* & deinde *amissi* quoque proponit.

